poſſe frui. Sõnia fallaci ludunt temeraria nocte. Et pauidas mẽtes falſa timẽ iubẽt Bille. ¶ 4° rõe piculoſitatis. Vñ Juuenal' libꝛo p̂. dic ſic. Quãtũ qſq; ſua nummoꝛũ ſeruat in archa. tm̃ hꝫ ⁊ fidei. Pꝛia pegrinos obſcena pecunia moꝛes ĩtulit. Et turpi ſecula luxu diuitie molles. Qplures nimia cõgeſta pecunia cura ſtrãgulat. Cãtabit vacu⁹ coꝛã latrone viatoꝛ. Pauca licet poꝛtes argẽti vaſcula puri. Nocte iter aggreſſus gladiũ contũq; timeb. Et nocte ad lunã trepida barũdinis vmbꝛã. Magnis parta malis cura maioꝛe metuq; ſeruãtur An fera ẽ magni cuſtodia cẽſus. Bille. ⁊ ſic pꝫ ⁊c. ¶ Qtũ ad exẽpla gentiliũ ſciendũ q diuitie ſeculi magnã icomoditatẽ afferũt hõi q̃drupl'r. p̂ famis. Vñ Gualterus ĩ Alexãdreide li. 8° dĩc ſic. Quid tibi diuitiis opus ẽ. q̃ ſpãna deſuriẽ pariũt. Quãto tibi plura paſti tãto plura petis. ⁊ habendis acrius ardes. Sicq; famẽ faciens defectũ copia nutrit. Bille. Exemplũ ponit Belinãdus dicẽs. In obſidiõe Hannibalis caſſumatib⁹ clauſis cũ trecẽti peneſtrini p maneret qdam murẽ captũ ducẽtis poti⁹ denariis vẽdere maluit q̃ famẽ lenire. qui auar⁹ poſtea fame ꝯſũptus eſt. ⁊ qui emit vixit dei puidẽtia vtriq; ſcdm meritũ puidente. Propterea Terẽtius ĩ adelphis dĩc Pecuniã in loco negligẽ maximũ interdũ ẽ lucrũ. ¶ 2° turpitudinis. Vñ Sen. epl'a 87 dĩc ſic. Qd ꝯtẽptiſſimo cuiq; ꝯtingere ac turpiſſimo põt bonũ nõ ẽ. Opes autẽ ⁊ lenones ⁊ laniſte ꝯtingũt. g̊ bona nõ ſũt. Exẽplũ ponit Fulgenti⁹ li. michologiarũ 3° dicẽs ſic. Fine⁹ a fenerãdo dict⁹ ẽ. iõ cec⁹ q oĩs anaritia ceca ſit q̃ ſua nõ videt. huic arpie cibos capiũt. qa rapĩa aliqd ei d ſuo comedẽ nõ pmittit. q aũt ei⁹ pꝛãdia ſtercoꝛib⁹ fedãt oñdit feneratoꝛ vitã rapine illuuie eẽ ſoꝛdidã. ¶ 3° alietatis. Vñ Varro ĩ ſentẽtiis dĩc ſic. Nemo ſuũ putet qd extra ipm ẽ. Vir bon⁹ patriã ſuã quocũq; it ſecũ fert. ⁊ oĩa ſua cuſtodit. Exemplum ponit Valeri⁹ dicẽs. q Bias pene⁹ cum patriã ei⁹ penẽ hoſtes ĩuaderẽt oĩb⁹ p̃cioſarũ reꝝ pondere onuſtis fugientib⁹. ĩterrogatus qd ita nũ ex ſuis bonis ſecũ ferret. Ego certe ingt oĩa mea bona mecũ poꝛto Pectoꝛe. n. illa geſtabat nõ humeris. nec oculis vidẽda. ſed aĩo eſtimãda q̃ domicilio mẽtis ĩcluſa mãib⁹ moꝛtaliũ labefieri nequeũt. ⁊ ut manentib⁹ p̃ſto ſũt. ita fugiẽtes nõ deſerunt. ¶ 4° iniqtatis. Vñ Secũdus ph's dĩc. Quid ſũt diuitie. Auri põdus. cura ⁊ miniſter. verecũda delectatio. inſatiabilis iuidia. deſiderium ĩexplebile. os excelſũ. ĩuiſa ꝯcupĩa. Et Poſſidoni⁹ dicit. Diuitie ſũt cãe maloꝝ. nõ q̃i ip̃e q̃ppiã mali faciãt. ſed qa facturos irritãt. Exemplũ ponit Lactanti⁹ li. de falſa ſapĩa dicẽs Laudat' Democrit⁹ q agros ſuos reliq̃rit eoſq; paſcua publica fieri paſſus ſit. Quid ille q patrimoniũ ĩ nũmos redactum effudit in mare. Abite ingt ĩ pfundũ mare cupiditates. Ego vos mergã ne ipſe mergar a vobis. Et iſte fuit Crates ph's Theban⁹. ut cõiter dicitur. ⁊ ſic pꝫ.

Ecũdo pncipal'r declarat' eadẽ cõcl'o teſti° legis Diuinalis. Ars. n. mercantie que vtit' nũero. pondẽ. ⁊ mẽſura ĩ ſuis ꝯtractib⁹. oĩodam ſeruare debet iuſticiã ⁊ eqtatẽ. al'r iſta falſificãdo reddit' illicita ⁊ vitioſa. ⁊ h̓ q̃drupl'r. ¶ p̂ Leuit'. 19° dr̃. Nolite facere iniquũ aliqd ĩ iudicio. ĩ regula. in pondẽ. ĩ mẽſura. ſtatera iuſta. ⁊ eq̃ ſint pondera. iuſt⁹ modius. equuſq; ſeſtarius. Ego dñs deus vr̃ ⁊c. s. p̃cipio vobis. ¶ 2° Deut°. 25° dr̃. Nõ hẽbis in ſacculo diuerſa pondera mai⁹ ⁊ min⁹ nec erit in domo tua modius maioꝛ aut minoꝛ. Pondus hẽbis iuſtũ ⁊ veꝝ. ⁊ modi⁹ eq̃lis erit tibi ⁊ verus ut multo viuas tpe. Abhoĩatur. n. dñs eũ q facit h̓. ⁊ aduerſat' oẽm ĩiuſticiã. ¶ 3° in ps dr̃. Verũtñ vani filii hoĩuꝫ. mẽdaces ĩ ſtateris. ut decipiãt ipſi d vãitate ĩ idip̃m nolite ſpare ĩ iniqtate. ⁊ rapinas nolite cõcupiſcere. diuitie ſi affluãt nolite coꝛ appõnere. Semel locut⁹ ẽ duo h̓ audiui. qa poteſtas dei ẽ ⁊ tibi dñe miã. qa tu reddes vnicuiq; iuxta opa ſua. ¶ 4° pv̊. 20. dr̃. Põdus ⁊ pondus. menſura ⁊ menſura vtrũq; abhoĩabile ẽ apud deũ. abhominatio enim apud dñm. pondus ⁊ pondus. ſtatera doloſa non ẽ bona. s. ad ſalutem anime.

Ertio pncipal'r declarat' eadem ꝯcl'o teſti° legis Prophalis. Ars. n. mercantie ex defectu reꝝ venaliũ reddit' ĩiuſta falſificando ſub'am. q̃titatẽ aut q̃litatẽ. qd pꝫ q̃drupl'r. p̂ Jſa. p̂. dr̃ ſic. Argentũ tuum verſũ ẽ in ſcoꝛiã. vinũ tuũ mixtũ ẽ aqua. Et ꝯuertã manũ meã ad te. ⁊ excoquã ad purũ ſcoꝛiã tuã. ⁊ auferam oẽ ſtagnũ tuũ Et erit foꝛtitudo veſtra ut fauilla ſtuppe ⁊ opus vr̃m q̃i ſcintilla. ⁊ ſuccendet' vtꝝq; ſimul et nõ erit q extinguat. ¶ 2° Ezech. 22° dicit' ſic. In medio ei⁹ q̃ſi lupi rapiẽtes p̃dã ad effundendũ ſanguinẽ ⁊ ad pdẽdas aĩas. ⁊ auare ſectãtes lucra. Populi terre calũniabantur calũnia. ⁊ rapiebãt violenter. egenũ ⁊ pauperẽ affligebãt. ⁊ aduenã oppꝛimebãt calũnia. Et effudi ſup eos ĩdignationẽ meã. ⁊ ĩ igne ire mee ꝯſũpſi eos. viã eoꝝ in caput eoꝝ reddidi. ait dñs de⁹ ¶ 3° Amos. 8° dicit'. Audite h̓ q conteritis paupem. ⁊ deficere facitis egenos terre. dicẽtes. Qñ trãſibit meſſis ⁊ venũdabimus merces. ⁊ apiemus frumẽtũ ut iminuam⁹ menſurã ⁊ augeamus ſiclũ. ⁊ ſupponam⁹ ſtateras doloſas ut poſſideam⁹ in argẽto egenos ⁊ paupes p calciamẽtis ⁊ quiſquilias frumẽti vendamus. Jurauit dñs ſi oblit⁹ fuero vſq; ad finem oĩa opa eoꝝ. ¶ 4° Michee. 6° dicit' ſic. Vox dñi ad ciuitatẽ clamat. et ſal⁹ erit timẽtib⁹ nomẽ ei⁹. Audite tribus. Adhuc ignis ĩ domo ipii. theſauri ĩiqtatis et mẽſura minoꝛ ire plena. Nunqd iuſtificabo ſtaterã impiã ⁊ ſacelli põdera doloſa. in qbus diuites ei⁹ repleti ſũt iniqtate. ⁊ habitãtes in ea loquebãtur mendaciũ. et lingua eoꝝ fraudulẽta ĩ oꝛe eoꝛũ Et ego g̊ cepi te pcutere pditiõe ſup pctis tuis. Tu comedes et nõ ſaturaberis apprehendes et nõ ſaluabis. Tu ſemĩabis et nõ metes. tu calcabis oliuã et nõ vngeris oleo et muſtũ et nõ bibes vinũ. et ſic patet ⁊c.

Uarto pncipal'r declarat' eadẽ cõcl'o teſti° legis Hũanalis. Sciendũ q ars mercãtie eſt vitioſa et dãnabilis ex pcogitata malitia mercantiũ q̃drupl'r. ¶ p̂ qa vendũt res vitioſas et defectiuas defect⁹ illaꝝ ignoꝛãtibus. ſicut equũ curuũ. uel aliter moꝛboſũ tanq̃ ſanũ nõ hñtẽ talẽ defectũ. ⁊ oues ſqualidas p ſanis. ⁊ ueſtes veteres p nouis ⁊ aurũ alchimicũ p uero et nãli auro. ⁊ falſam monetã p bona. Oñs iſti ⁊ eis ſiles p tãto peccãt. qa defectũ rei uenalis nõ oñdunt emptoꝛi. ꝯ rõnes et leges iuſtas. ff. de actiõibus empti. ⁊ uẽdi. l. i. §. uẽditoꝝ. li. 19° ti. p̂. ubi hr̃. q ſi uenditoꝛ ſcit ſeruitutẽ deberi a p̃dio uẽdito emptoꝛe hoc ignoꝛãte. tenet' emptoꝛi ad ĩtereſt. i. ad oĩa dãna que occurrũt ex tali celatione. Jtẽ. ff. de edilicio edicto. l. i. §. nũc. ⁊ §. ſi ĩtelligat'. in. ff. ueteri. li. 21°. ubi hr̃ q q mancipia uẽdit debet certioꝛare emptoꝛẽ de moꝛib⁹. de uitiis ei⁹. et. l. querit' d ea. § ſi uẽditoꝛ hr̃. q ſi uẽditoꝛ dicat rẽ uenalẽ talẽ defectũ habere. tũc emptoꝛ nõ habet actionẽ ꝯ eũ de dolo. Ad idẽ ẽ. l. ff. de pac. l. ueterib⁹ placet. ff. ueteri. lib. 2°. ſup quã legẽ ponit glo. caſum de uẽdente equũ et aſſerẽte ip̃m nõ hr̃e defectũ niſi q nõ uult aſcẽdere arboꝛes. Poſtmodũ detecta dceptiõe deceptoꝛ tenet' reaccipe equũ ſuum v̊bis obſcuris decepit ĩnocentẽ. pv̊. 14°. Jnnocẽs credit oĩ v̊bo. Vñ uẽditoꝛ tenet' oñdere emptoꝛi defectũ rei uenalis ubi ẽ ita occultus q latet eũ. ut. ff. de actio. empti. ⁊ uendi. l. q̃20. qa decept⁹ a falſo uẽditore ſciente defectũ hꝫ actionẽ ꝯ eum. qm̃ ĩ tradendo deliqt. ut. ff. de actionibus empti. ⁊ uẽdi. l. Julian⁹. Sed ſeduct⁹ ĩ emptiõe rei vitioſe põt pdere ius petendi remediũ nimis diu expectãdo. ſi dꝫ trãſit ann⁹ vtilis a tpe vẽditiõis ⁊ moꝛbi cogniti. ut. ff. de edilicio edi. l. ſciendũ. ⁊. l. cũ ſex. ¶ 2° quia uendũt p falſas mẽſuras. quoꝝ aliq tãtũ vendũt. aliq v̊o ⁊ emũt ⁊ vendũt. qa utũt' maioꝛi in emptiõe ⁊ minoꝛi ĩ venditione. qd ẽ phibitũ. ut. ff. de extra oꝛdinariis criminib⁹. l. annonã. in. ff. nouo. libꝛo. 9. ubi Adrian⁹ ĩperatoꝛ eũ q falſas habuit mẽſuras in inſulã relegauit. Et ĩ eodẽ. ff. nouo li. x°. titulo ad legẽ Coꝛneliã de falſis. l. pl't. ubi dr̃ ſic. Si venditoꝛ menſuras publicas pbatas. frumẽti. vini ul' cuiuſlibet rei aut emptoꝛ coꝛꝛuperit dolo venalẽ fraudẽ fecerit quãti ea res ẽ eius dupli condẽnat' decretoq; dñi Adriani p̃ceptũ eſt eos in inſulã relegari q pondera falſa fecerit aut mẽſuras. Bibi ¶ 3° qa vendentes faciũt pactũ ĩter ſe ut vno p̃cio vendãt. qd ẽ phibitũ. ut. ff. de monopoliis. li. 4°. l. i. que ta es bonis ſpoliatis ad ppetuũ exiliũ dãnat. ⁊ C. de monopoliis. l. iubem⁹. dr̃ ſic. Siquis aũt monopoliũ auſus fuerit exercere bonis ppꝛiis ſpoliat⁹ ppetuitate dãnet' exilii ⁊c. dr̃ aũt monopoliũ ſingularis negociatio ĩ ciuitate vno ⁊ certo mõ faciẽda. uel q ſolus vult eẽ vẽditoꝛ ⁊ emptoꝛ ĩ ciuitate. ¶ 4° qa vẽditoꝛ nõ ẽ bone f dei poſſeſſoꝛ rei venal' emptoꝛe h̓ ignoꝛãte. Ad cui⁹ euidẽtiã ponat' talis caſus. Fili⁹ cuiuſdã pncipis pegre pfect⁹ ẽ q nõ rediens interĩ qdã illi ſimilis rediit. quẽ pnceps credẽs eẽ filiũ ſuũ heredẽ religt q ml'ta mõaſteria cõſtruxit. ml'ta etiã uẽdidit ⁊ ml'ta donauit



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Poſt hẽ redit verꝰ filiꝰ ⁊ reperit bõa pr̃na cū oībus datis ⁊ vẽditis. Arguit̃ q̄ nõ poſ ſit. qa barbareꝰ Philippꝰ putabat̃ liber cū eẽt ſeruus. tñ q̄cūq; fecit cū putabat̃ liber firma ſūt ⁊ valẽt. ut. ff. de officio p̄toris. l barbareꝰ. in. ff. ueteri. li. i. Caſus ẽ iſte. Ille barbareus Philippus cū eſſet ſeruꝰ fugiti uus Romã adiit. ubi p̄ter deſignatꝰ ẽ a ro manis ꝯditionẽ ſuã ignorãtibus. Poſtea eiꝰ ꝯditiõe detecta oĩa que fecit p̄tor ex nĩſ rata hñtur. Item ſi aliq̄ſ t̄pe quo putabat̃ verꝰ patronꝰ aliquẽ inſtituit valet īſtitu tio. extra de iure patronatꝰ. c. cõſultatiõi bus. Preterea filii nati eo t̄pe quo veꝝ pu tat̃ eẽ matrimoniū ſunt legitimi. ex̃ qui fi lii ſint legitimi. c. cū īter Johem. ⁊. c. ex te nore. Adhuc ſi ſolutio fuit fcã alicui q pu tabat̃ verus ꝓcurator valet qđ factū ẽ. ut ff. de ꝓcuratorībꝰ. l. ſolutionibus. Arguit̃ q̄ poſſit. Nã ꝓ nõ dato uel non vẽdito hr̃ qđ ab eo dat̃ uel vẽdit̃ q de iure hẽ facere ñ potuit. ex̃ de donatiõibꝰ īter virū ⁊ vxorẽ c. nup. Itẽ ꝓ nõ fcõ hr̃ quod fit ab eo q de iure facere nõ põt. ex̃ de ſponſa duoꝝ. c. ad diſſoluendū. Preterea ꝟitas geſtoꝝ errori bus nõ vitiat̃. ut. ff. de officio p̄ſidis. l. illi citas. Adhuc. Caſus legis ẽ exp̄ſſe in cõtra riū. C. de heredibꝰ inſtituẽdis. l. Si pr̃ tuꝰ eū q̄ſi filiū ſuū heredẽ inſtituit quem fal ſa opĩone ductus ſuū eẽ credebat. nõ inſti tuturꝰ ſi alienū noſcet. iſq; poſtea ſubditi cius eẽ o nſus ẽ auferendã ei ſucceſſionem diui ſeueri ⁊ anthonini placitis ꝯtinet̃. hẽ ibi. Nec ĩ hẽ caſu currit p̄ſcriptio. ut. C. de p̄ſcriptiõe lõgi t̄pis. l. ſi is ꝯquẽ. Ad iſtuꝫ caſū rñdet̃. ff. de ĩofficioſo teſtõ. l. ſi pater q̄ vero filio reſtituẽda ſūt oĩa. Si tñ aliq̄ ſint deo ꝯſecrata p̄ciū ei reſtituat̃. 14. q. vl tima. c. cõpimꝰ. Et filiꝰ putatiuus tenebit̃ monaſterio de dolo. ff. de donatiõibus. l. a riſte. Sic dr̃ de oĩ venditiõe ĩiuſta. Idẽ iu diciū ẽ ubi ẽ mala fides tã ex p̄te vẽdentis q̄ꝫ ementio. cū vterq; ſit p̄ticeps fraudis. qa ibi nil plus iuris hꝫ emptor q̄ꝫ raptor uel ĩ uẽtor. ff. de his q̄ in fraudẽ creditoris fiūt l. ait p̄tor. §. ita domū. ĩ. ff. nouo. li. 4°. Et ibidẽ ponit lex exẽplū de eo q emit oĩa bo na alicuiꝰ debitis obligati ſi ſciuit eū debi tis obligatū p̄ticeps ẽ fraudis ⁊ reuocabit̃ ꝯctus. Si ꝟo emptor fuit bone fidei tẽpo re emptiõis ⁊ poſtea deſinat habẽ bonam fidẽ ĩ illa re. tūc tenet̃ rẽ illã reddere vero

dño ſi illã hꝫ. nec põt ab illo p̄ciū petẽ ſed ab illo q ei vẽdidit. Si aūt illã nõ hꝫ nõ te net̃ niſi ꝓ tãto ꝓ q̄nto locupletior factꝰ ẽ. qa nõ tenet̃ de ꝯſūptis. ut dic glo. ff. de pe ti. here. l. ſi poſſeſſor. §. reſtituẽ. ⁊. l. ſi ĩ rẽ. ⁊. l. vtꝝ ⁊c. ¶ Poſt q̄ꝫ ꝟo Moyſes declara uit p̄dictam concluſionem. ait aĩe deuote Qđ mihi deus ſuggeſſit tibi manifeſtaui. Hic eſt aūt ſcūs Thomas de Aqno doctor noui teſtam̃ti. cuiꝰ doctrĩa fulget eccleſia ut ſole luna. Ad quẽ aſtãte Moyſe acceſſit aĩa deuota ꝓ clariori ſue ꝯclõnis noticia. Cui ſcūs Thomas inq̄t. Cõclõnẽ tuã ꝯfir mabo teſtimonio q̄druplicis legis. s.

¶ Legis Euãgelice.
¶ Legis Apoſtolice.
¶ Legis Canonice.
¶ Legis Eccleſiaſtice.

Quantū ad legẽ euãgelicã. xp̄s illã proba uit teſti° q̄druplici p̄ teſti° Joh. 2°. ca°. Aſcẽdit Jhs ierſmã ⁊ inuenit in tẽplo vẽ dentes ⁊ ementes. boues ⁊ oues ⁊ colūbas ⁊ numularios ſedẽ tes. Et cū feciſſet flagellū de funiculis. oẽs eiecit de templo. oues quoq; ⁊ boues. ⁊ nu mularioꝝ effudit es. ⁊ menſas ſubuertit. ⁊ his q columbas vendebãt. dixit. Auferte iſta hic. ⁊ nolite facere domum patris mei domū negociatiõis ¶ 2° teſti° Lu. 12°. Ait aūt Jhu q̄dã de turba. Mg̃r dic frĩ meo ut diuidat mecū hereditatẽ. At ille dixit. hõ quis me ꝯſtituit iudicẽ aut diuiſorẽ ſup vos. Dixitq; ad illos. Videte ⁊ cauete ab oĩ auaritia. qa nõ ĩ habūdantia cuiꝰq; eiꝰ vita ẽ ex his que poſſidet. Dixit aūt ſimi litudinẽ ad illos. Hoĩs cuiuſdã diuitꝭ vbe res fructus ager attulit. ⁊ cogitabat intra ſe dicẽs. Quid faciã. qa non habeo q̊ ꝯgre gẽ fructꝰ meos. Et dixit. hẽ faciã. Deſtruã horrea mea ⁊ maiora faciã ⁊ illuc cõgrega bo oĩa que nata ſūt mihi ⁊ bona mea. ⁊ di cã aĩe mee. Aĩa hẽs multa bona poſita ĩ ã nos plurimos. requeſce. cõede. bibe. et epu lare. Dixit aūt illi deus. Stulte hac nocte aĩam tuã repetent a te. que aūt paſti cuiꝰ erūt. Sic ẽ q ſibi theſaurizat ⁊ nõ ẽ in deū diues ¶ 3° teſti°. Mar. x°. Procurrens q̄dã genuflexo añ Jhm. rogabat eū dicẽſ. Mg̃r bone q̄d faciã ut vitã eternã poſſideã. Jhs aūt dixit ei. Quid me dicis bonū. Nemo bonus niſi vnus deus. p̄cepta noſti. ne ad ulteres. nõ occidas. ne fureris. ne falſū te ſtimoniū dixeris. ne fraudẽ feceris. hono ra patrẽ tuū ⁊ matrẽ. At ille rñdẽs ait illi

Mg̃r hẽ oĩa obſeruaui a iuuẽtute mea. Jhs aūt ĩtuitꝰ eū. dilexit eū. ⁊ dixit illi. Vnum tibi deeſt. Vade. quecūq; habes uẽde. ⁊ da paup̄ibus. ⁊ veni ⁊ ſeq̄re me. ⁊ hẽbis the ſauꝝ ĩ celo. Qui ꝯtriſtatus ĩ ꝟbo abiit me reus. Erat enĩ hñs poſſeſſiões multas. Et circūſpiciẽs Jhs ait diſcipulis ſuis. Q̄ꝫ dif ficile q pecunias hñt ĩ regnū dei ĩtroibūt. Diſcipuli aūt ſtupebãt ĩ ꝟbis eiꝰ. At Jhuſ rurſus rñdẽs ait illis. Filioli mei q̄ꝫ diffici le ẽ ꝯfidẽtes ĩ pecuniis regnū dei introire Faciliꝰ ẽ enĩ p foramẽ acus trãſire camelū q̄ꝫ diuitẽ ĩtrare ĩ regnū dei. Quidã ãt ma gis mirabant̃ dicẽtes ad ſemetipſos. et qs põt ſaluꝰ fieri. Et intuens ĩ illos Jhus ait Apud hoĩes ĩpoſſibile ẽ. ſed nõ apud deū. ¶ 4° teſtimonio Math. 21°. Intrauit Jhs ĩ tẽplū dei. ⁊ eiciebat oẽs vendẽtes ⁊ emẽ tes in tẽplo. ⁊ mẽſas numulorioꝝ ⁊ cathe dras vendentiū colūbas euertit. ut dr̃ ĩ e uãgelio hodierno. In q̄ notant̃. 4. circa ar tẽ mercãtie que etiã notantur ĩ ꝓphia ho dierna ¶ Primū ẽ q̄ mercator ſiue nego ciator aduentū dñi ad aĩam ſūme optare debet diligẽter hẽ q̄rẽdo. vñ ĩ euãgelio dr̃ Cū intraſſet Jhs ierſmã cõmota ẽ vniuer ſa ciuitas. Jhs aūt venit ad aĩam q̄ ip̄m q̄ rit. iõ dr̃ in ꝓphia. Querite dñm dū inueni ri põt. ĩuocate eū dū ꝓpe eſt. In ſuo. n. ad uẽtu liberat aĩam a vitiis. ⁊ replet eã bñ dictiõibus ¶ Secūdū ẽ q̄ mercator p̊ de mane debet eccleſiã viſitare ad deū orãdū venerandū ⁊ g̃ras agẽdū. ⁊ ſe cõmendãdū exẽplo xp̄i q ſic faciebat. vñ dr̃ ĩ euãgelio Et ĩtrauit Jhs ĩ tẽplū ⁊c. ⁊ in ꝓphia dicit̃ Derelinq̄t ĩpius. s. mercator viã ſuã ⁊ vir iniquꝰ. s. diues negociator cogitatiões ſu as. ⁊ reuertat̃ ad dñm ⁊c. ¶ Tertiuꝫ eſt q̄ mercator nõ debet negociari ĩ eccl̃ia. nec ĩ loco ſacro. Vñ dr̃ ĩ euãgelio. Eiciebat oẽs vendẽtes ⁊ ementes ĩ tẽplo ⁊c. ⁊ in ꝓphia dr̃. Nõ. n. cogitatiões mee cogitatões vr̃e neq; vie mee vie vr̃e ⁊c. ¶ Quartū ẽ q̄ bo nus mercator debet fugere ꝯſortiū malo rū mercatoꝝ. q fraudibus ⁊ aſtuciis ⁊ do lis alios ſeducūt. Vñ dr̃ ĩ euãgelio. Et reli ctis illis abiit foras extra ciuitatẽ ⁊c. ⁊ in ꝓphia dr̃. Et q̄ño deſcẽdit imber ⁊ nix de celo. ⁊ illuc vltra non reuertit̃ ⁊c.

Secūdo declarat̃ eadẽ ꝯclõ teſti° legis Ap̃lice. ⁊ hẽ q̄drupl̃r ¶ p̊ teſti° Pau li. 2. Thimo. 2°. Nemo militãs deo ĩplicat ſe negociis ſecularibus ut ei placeat cui ſe ꝓbauit. ¶ 2° teſti° Jacobi 4°. Ecce nūc q dẽ dicitis hodie aut craſtino ibimuſ ĩ illã ciuitatẽ ⁊ faciemꝰ ibi annū ⁊ mercabimur ⁊ lucrū faciemꝰ. Qui ignoratis q̄d ſit vobẽ in craſtinū. que enĩ ẽ vita vr̃a. Vapor eſt ad modicū parẽs ⁊ deĩceps exterminabit̃ ꝓ eo vt dicatis. Si dñs uoluerit ⁊ ſi vixeri mus faciemꝰ hoc aut illud. nunc aūt exul tabitis ĩ ſubſtãtiis vr̃is. oĩs exultatio tal̃ maligna ẽ ¶ 3° teſti° Pe. 2° ca°. Deponen tes oẽm maliciã ⁊ oẽm dolū ⁊ ſimulatões ⁊ ĩuidias ⁊ oẽs detractiões. ſicut mõ gẽiti infantes rõnabiles ſine dolo lac ꝯcupiſci te. ut ĩ eo creſcatis in ſalutẽ ſi tñ guſtatiſ q̄m dulcis ẽ dñs. ¶ 4° teſti° Joh. Apo. 18°. Et negociatores terre flebūt ⁊ lugebunt. q̄m vna hora deſtructe ſūt tante diuitie ⁊ oĩs gubernator eaꝝ. Et clamauerūt flen tes ⁊ lugẽtes oẽs q hẽbant naues ĩ mari. q̄m vna hora deſolate ſūt ⁊c. ⁊ ſic pꝫ de hẽ

Tertio declarat̃ eadẽ cõclõ teſtimõio legis Canonice. Sciendū q̄ circa arteꝫ mercãtie. 4. dubia occurrūt. ¶ Primum dubiū ẽ. Vtꝝ ars mercãdi ⁊ negociãdi ſit licita uel oĩo ꝓhibita. Ad hẽ rñdet ſanctuſ Leo papa. ut hr̃ de pnĩa diſ. 5. c. qualitas. dicens ſic. Qualitas lucri negociantẽ aut accuſat aut arguit. qa ẽ honeſtꝰ queſtꝰ ⁊ turpis. Verūtñ penitẽti vtiliꝰ ẽ diſpẽdia pati q̄ꝫ p̄iculis negociatiõis ĩpendi. qa dif ficile ĩter emẽtis vẽdentiſq; ꝯmerciū nõ ĩ teruẽire pctm̃. hẽ ibi. Vñ ars mercãdi ſcđꝫ ſe ẽ licita. queãdmodū Augꝰ ſup illud. p̊s q̄m non cognoui negociationem. dic. Ne gociator auidus acq̄rendi ꝓ dãno blaſſe mat. ꝓ p̄ciis reꝝ mentitur ⁊ peierat. Sꝫ hẽ vitia hoĩs ſūt. nõ artis. hẽ ille. Sic. n. hr̃ ex̃ đ iureiurãdo. c. ⁊ ſi xp̄s. circa finẽ. Quedã ꝓhibent̃ qa p ſe mala ſūt. ut furtū adulte riū ⁊ huiuſmodi. q̄ nõ ſūt aliquatenus fa cienda. Quedã ꝟo ꝓhibent̃ ex cã. nõ quia p ſe mala ſūt. ſed qa ſi fiãt freq̄nter ⁊ mul tū ex his mala ſequūt̃. ut vinū p ſe maluꝫ nõ ẽ. ⁊ illud tñ ꝓhibet ap̃ls dicẽs. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. quoniã ex frequẽti ⁊ ĩmoderata potatiõe vini lu xuria generat̃. hẽ ibi. Negociatio đ ſe nõ ẽ mala. ſꝫ põt eẽ illicita ꝓpter. 6. cãs. p̊ ex p ſona. ⁊ ſic religioſis ⁊ clericis ꝓhibitum ẽ negociari. ut Augꝰ in li. q̄õnum veteris ⁊ noui teſti dic. ⁊ hẽtur diſ. 88. c. Fornicari



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

hõibus non ſp licet .i.nunq̃.negociari v̓o
aliqñ licet aliqñ nõ licet. Anteq̃.n.eccleſi
aſticus qs ſit.licet ei negociari.facto .iam
nõ licet.H̔ibi. 2° ex cã.s.ꝓpter auaritiam
uel ip̄robã cupiditatẽ diuitiaꝝ.nõ ad ne
ceſſitatẽ ſed ad aliũ finẽ malũ. Unde. 47.
diſ.c.Sicbi q p inſaniã mẽte tranſlati ſũt
non iam res ipſas ſed fantaſias ⁊ paſſiõis
ſue vidit.ita etiã mens auari ſemel uĩcul̓
cupiditatis aſtricta.ſp auꝝ.ſp argentũ vi
det.ſed redditus cõputat.Gratiꝰ ĩtuet̓ au
rũ q̃ ſolẽ.ipſa eiꝰ orõ ⁊ ſupplicatio ad deũ
aurũ q̃rit.H̔ibi.Si qs ſenex ⁊ diues nõ ha
bẽs familiã nec ſpans ſe habituꝝ negocia
ret̓.nõ ad publicã aut paupeꝝ vtilitatem
ſed ad ĩprobã cupiditatẽ.peccaret morta
liter.Eccl̄iaſtes.4°.Cõſiderãs repperi aliã
vanitatẽ ſub ſole.vnꝰ ẽ ⁊ ſecũdũ nõ h3.ñ
filiũ nõ fratrẽ.⁊ tñ laborare nõ ceſſat.nec
ſatiant̓ oculi eiꝰ diuitiis nec recogitat di
cens.Cui laboro ⁊ fraudo aĩam meã bõis.
in h̔ q̊q; vanitas ẽ ⁊ afflictio peſſima.H̔ibi
¶ 3° ex mõ.s.cũ mẽdaciis ⁊ piuriis. Unde
Jo h̔es Criſoꝰ ſup Math̔.ut hr̄ diſ. 88.dic
ſic.Eiciens dñs vẽdentes ⁊ ementes de tẽ
plo ſignificauit.qa mercator nũq̃ põt d̓o
placere.⁊ iõ nullꝰ xp̄ianꝰ debet eẽ merca
tor.aut ſi voluerit eẽ.ꝓiiciat̓ ab eccl̄ia.di
cente ꝓph̄a.Qm̄ nõ cognoui negociatões
ĩtroibo ĩ potẽtias dñi.Queadmodũ.n.q
ãbulat ĩter duos ĩimicos volẽs ãbobꝰ pla
cere ſine alloqo mali eẽ nõ põt.necẽ eſt ut
iſti male loquant̓ de illo ⁊ illi male de iſto
ſic mercator ſine mẽdacio ⁊ piurio eẽ non
põt.Sed ſubſtãtia taliũ ſtabilis eẽ nõ põt
nec ad bonũ ꝓficit qd̓ de malo congregat̓
Queadmodũ.n.ſi triticu3 aut aliqd tale
cernas ĩ cribro dum huc ⁊ illuc iactat̓.oĩa
grana paulatĩ deorſũ cadũt.⁊ tandẽ ĩ cri
bro nil remanet niſi ſtercus.ſic de ſubſtã
tia negociatoꝝ nouiſſime nil remanet niſi
pctm̄.H̔ibi. 4° ex tp̄e.nã die feſto mercari
nõ licet.Uñ ex̄ d̓ feriis.c.i.dr̄ ſic.Oẽs dies
dñicos a veſpa in veſperã cũ oĩ veneratõe
decernimꝰ obſeruari.⁊ ab oĩ illicito opere
abſtinere ut mercatũ ĩ eis mĩme fiat neq;
placitũ nec aliqs ad mortẽ nec ad penã iu
dicet̓.nec ſacra niſi ꝓ pace uel alia neccita
te p̄ſtent̓.H̔ibi.Et nõ ſolũ die feſto ſ3 die
bus q̃dragesimalibꝰ añ miſſas ⁊ p̄dicatiõ3
mercari nõ licet nec aliud opꝰ ſeculare fa
cere.ut de ɔſe.diſ.3.c.rogatiões.ubi dicit̓

Per qd̓ triduũ ſerui ⁊ ancille ab ope relax
ent̓ q̃ magis plebs vniuerſa ɔueniat.H̔ibi
¶ 5° ex loco.s.ꝓpter loci excellentiã.qa in
eccleſia aut ĩ loco ſacro mercari non licet.
Uñ.16.q.7.c.⁊ h̔ diximꝰ.dr̄ ſic.Xp̄s eiecit
vẽdentes ⁊ emẽtes de templo ⁊ mẽſas nu
mulerioꝝ euertit ⁊ cathedras vendẽtium
colũbas.ad correctionẽ ppl̄i.ut nõ ꝓmun
danis feſtiuitates ĩ noĩe dñi celebrẽr.nec
emptionibꝰ ⁊ venditionibꝰ vacẽt ĩ loco ñ
cõpetẽti.ĩ quo nõ deberẽt emere ⁊ vẽdere
ſed oratiõibus tm̄ uacare atq; ɔgregari q̃
ſi ĩ domo orõnis.H̔ibi. 6° ex ɔſortio.non
n.licet cariꝰ uẽdere forẽſi q̃ ciui.ex̄ de em
pti.⁊ venditi.dr̄ ſic.c.Placuit ut p̄ſbyteri
plebes ſuas ãmoneãt ut ip̄i hoſpitl̄es ſint
⁊ nõ cariꝰ uendãt trãſeũtibꝰ q̃ in mercato
uẽdere pñt.alioqn ad p̄ſbyteꝝ.trãſeũtes
h̔ referãt ut illiꝰ iuſſu cũ humanitate ſibi
uẽdãt.H̔ibi.Duplices ḡ mercatores o3 eẽ
Quoſdã q de loco ad locũ merces tranſfe
rãt.alios firmos in ciuitatibꝰ cũ debitĩ cõ
ditiõibꝰ vendẽtes.cũ ḡ utriq; expediãt ꝓ
utilitate rei publice.p3 q̄ ars mercãtie eſt
licita ſcd̓m ſe.q̃uis uitio mercatoris red
dat̓ illicita.¶ Secũdũ dubiũ ẽ.utꝝ ſint a
liq̃ negocia oĩo illicita q̃ vix abſq; peccato
fieri pñt.Ad iſtud rñdet ſcũs Gregꝰ omel̓
24.ubi hẽtur de pñĩa diſ.5.c.negocium.
ubi dr̄ ſic.Sũt.n.pluraq; negocia que ſine
pctĩs exerceri aut uix aut nullatenus pñt
Que ḡ ad pctm̄ ĩplicãt ad h̔ necẽ ẽ ut poſt
ɔuerſionẽ aĩus nõ recurrat H̔ibi.Sũt aũt
7.genera taliũ negocioꝝ.s.cura rei famili
aris.militia.mercatio.ꝓcuratio.⁊ admini
ſtratio.de qbus hr̄ de pñĩa diſ.5.c.falſas
ubi dr̄ ſic.Jõq; miles uel negociator uel a
licui officio deditus qd̓ ſine pctõ exercere
nõ poſſit.recognoſcat ſe uerã pñĩam non
poſſe pagere.p quã ad eternã uitã puenĩr̄
ualeat.niſi negociũ relinq̃t uel officiũ de
ſerat.H̔ibi.Etiã aduocatio que ẽ piculoſi
or ceteris.ut Hoſti.dic ĩ ſũma.⁊ officium
ep̄atus q̊ nihil miſeriꝰ ⁊ piculoſiꝰ ſi pfunc
torie agat̓.Uñ diſ.40.c. Ante oĩa peto ut
cogitet religioſa tua prudẽtia nihil eſſe in
hac uita ⁊ maxĩe in h̔ tp̄e.facilius ⁊ leuiꝰ ⁊
hoĩbus acceptabiliꝰ ep̄i officio.ſed nihil a
pud deũ miſerabiliꝰ ⁊ triſtiꝰ ⁊ dãnabiliꝰ ẽ
ſi pfũctorie atq; adulatorie res agat̓.H̔ibi
Sũt etiã quedã artes mechanice non oĩo
licite.puta ars faciendi gladios.ſagittas.

baliſtas.faceas bõbardas ⁊c.qa ſi fiãt ad
abuſũ.tũc artifex mortaliter peccat ⁊ oĩa
pctã q̃ inde ſequũt̓ ĩputant̓ ſibi etiam ad
pctm̄.nã extra de ĩiuriis ⁊ dãno dato.c.ſi
culpa.dr̄ ſic.Qui occaſionẽ dãni dat.dã
nũ dediſſe videt̓.⁊ tũc non licet mercari e
mendo aut vendẽdo iſta.Si v̓o pñt ɔuer
ti ad aliquã vtilitatẽ publicã.puta ad de
fenſionẽ in bello iuſto.tũc licet ſuper his
mercari.Etiã ſup venenis que nõ ɔuertũ
tur niſi ad malũ uſũ.nõ licet mercari.Nã
ff.de ɔtractibꝰ emptionũ.l.q̄ ſepe.§.ve
neni mali.dr̄.q̄ flagitione rei nec emptio
nec mãdatũ.nec ſocietas valere põt.⁊ ſup
his licet mercari vẽdendo uel emẽdo ſi cõ
uertant̓ ad aliqd medicinale uel ɔ̄ aĩalia
nociua.Uñ.23.q.5.c.de occidendis.dr̄ ſic.
Abſit ut ea que ꝓpter bonũ ac licitũ faci
mus aut hẽmus.ſi qd p h̔ p̄ter nr̄am volũ
tatẽ cuiq̃ mali acciderit.nob ĩputet̓.alio
qn nec ferramẽta domeſtica ſũt hñda.ne
qd ex eis uel ſe uel alteꝝ interimat.nec ar
bores ſũt plantãde ne qs ex eis ſe ĩde ſuſ
pẽdat.nec feneſtra faciẽda ne p hanc ſe qſ
q̃ p̄cipitet.Et qd plura cõmemorẽ.cu3 ea
cõmemorãdo finire nõ poſſum.Quid eſt
in vſu hoĩum bono ac licito vnde nõ poſ
ſit pnicies irrogari.H̔ibi.Etiã ars faciẽdi
aurifrixio nõ ẽ oĩo ꝓhibita.qa talia pñt
cõuerti ad ornamẽta eccl̄ie.etiã ars faciẽ
di ornamẽta mulieꝝ.aut ſotulares depic
tos.aut ueſtes cũ nimietate ſũptuoſitatiſ
cõſutas.s.precamũ ut cõiter vulgo dicit̓
nõ ẽ oĩo ꝓhibita.tũ qa mulieres licite pñt
ſe ornare ſcd̓m ɔdecẽtiã ſtatꝰ ſui.tũ qa a
liqd pñt ſupaddere ut placeant uiris ſuis
Quia v̓o exceſſus facit recedẽ a medio uir
tutis.iõ adĩueniẽdo aliq̃ ſupflua ⁊ curio
ſa reddit̓ talis ars uitioſa. Uñ Criſoꝰ ſup
Math̔.dicit.q̄ ab arte calceoꝝ ⁊ textorum
multa abſcidere o3.Et.n.ad luxuriã dedu
xerũt neccitatẽ eiꝰ corrũpẽtes artẽ mali ar
ti cõmiſcẽtes.H̔ille.Sed ars faciẽdi taxil
los.cartas ad ludẽdũ.aut frapãdi pãnos
ẽ oĩo illicita ⁊ ꝓhibita.qa ibi occurrũt de
ceptões ⁊ falſitates.piuria.blaſſemie.mẽ
dacia ⁊ ĩhoneſtates.Nõ aũt ſic ẽ de arte fa
ciẽdi ſcachos.qa cũ his ludit̓ ad ſubleuati
onẽ tedii ⁊ labori.vñ gnãliter circa hone
ſtatẽ taliũ artiũ ⁊ negocioꝝ.q̃tuor atten
dere o3.p̊ q̄ ſint ad utilitatẽ publicã.2° q̄
poſſint cõuerti ad ornamẽta eccl̄iaſtica.3°

q̄ ſint ad ɔdecentiã ſtatꝰ pſone ɔſeruãdã
4° q̄ ſint ad ſubleuationẽ pſone abſq; of
fenſiõe dei ⁊ ĩiuria uel damno ꝓximi.ars
frapãdi ad nullũ iſtoꝝ reduci põt iõ ẽ oĩo
ꝓhibita.¶ Tertiũ dubiũ eſt.Utꝝ negocia
tores poſſint licite lucrari de eo qd̓ uẽdũt
aut emũt.Rñdet̓ q̄ circa h̔ attẽdenda ſũt
4. p̊ q̄ lex dĩna in emptiõe ⁊ uẽditiõe ult
eq̃litatẽ iuſticie oĩo obſeruari.Rõ ẽ.quia
lex dĩna nihil ĩpunitũ relinq̄t.p̊s.Lex do
mini ĩmaculata ɔuertẽs aĩas.teſtimoniũ
dñi fidele.vñ ſcd̓m eã illicitũ ẽ ſi ĩ empti
one ⁊ vẽditiõe nõ ſeruet̓ eq̃litas iuſticie.⁊
tenet̓ ille q plus h3 recõpenſare ei q dãni
ficatus ẽ ſi ſit nõbile dãnũ. 2° q̄ lex hũa
na nõ ſeruat oĩodã eq̃litatẽ in emptione
⁊ vẽditiõe.rõ ẽ qa lex hũana multa pmit
tit ĩpunita.vñ punit ſolũ ubi ẽ magnꝰ ex
ceſſus.puta ſi aliqs ẽ decepꝰ vltra medie
tatẽ iuſti p̄cii.tũc.n.cogit ad reſtitutionẽ
ut.C.de reſcindẽda vẽditiõe.l.rẽ maioris
p̄cii.ĩ fine dr̄ ſic.Minus aũt p̄ciũ eẽ videt̓
ſi nec dimidia ps fuerit iuſti precii ſoluta
¶ 3° q̄ iuſtũ p̄ciũ reꝝ nõ ẽ pũctaliter deter
minatũ.ſed ĩ eſtimatiõe bonoꝝ viroꝝ ɔſi
ſtit.rõ ẽ.qa res põt eſtimari ſcd̓m valorẽ
nãlem.⁊ ſic muſca ẽ maioris valoris natu
ralis cũ ſit aĩata q̃ auꝝ.Põt etiã eſtima
ri ſcd̓m raritatẽ.⁊ ſic auꝝ ẽ maioris valo
ris q̃ aq̃ uel frumentũ.Põt etiã eſtimari
ſcd̓m vſũ q tũc currit.ſicut frumẽtũ qñq;
ẽ maioris p̄cii qñq; miõris.⁊ ſic res vẽalet̓
ſumũt p̄ciũ. 4°.q̄ eccl̄ia ĩ emptõe ⁊ vendi
tiõe nõ d3 recipe plus q̃ res valeat etia3 ſi
illud offerat̓.ſed ſolũ iuſtũ p̄ciũ.rõ eſt qa
ex̄ de donatiõibꝰ.c.p tuas.dicit̓ ſic.Eccl̄ia
ĩ actibꝰ ſuis fraudẽ nõ d3 aliquã adhibere
Dico igit̓ ad dubiũ q̄ iuxta p̊mũ non põt
qs negociãdo aliqd lucrari ſine pctõ.rõ ẽ
qa forma dĩni iudicii attẽditur ſcd̓m rõ
nẽ cõmutatiue iuſticie.ꝓut.s.recõpenſat
p̄mia meritis ⁊ ſupplicia pctĩs.ſcd̓m illud
Math̔.7° In q̃ mẽſura menſi fueritĩ reme
tiet̓ ⁊ vobis.ſ3 ĩ ɔmutatõibꝰ reddit̓ aliqd
alicui pſone ſingulari pp rẽ eius q̃ accep
ta ẽ.ut maxĩe p3 in emptione ⁊ vẽditiõe ĩ
qbꝰ p̊ ĩuenit̓ rõ ɔmutatiõis.⁊ iõ o3 adeq̈
re rẽ rei.ut quãto iſte plꝰ h3 q̃ ſuũ ſit d̓ eo
qd̓ ẽ alteriꝰ.tm̄dem reſtituat ei cuius ẽ.⁊
ſic fit equalitas ſcd̓m ariſmetricam ꝓpor
cionẽ ſeu medietatẽ q̃ attẽdit ad exceſſũ.
Sicut.5.ẽ mediũ ĩter.6.⁊.4.In vnitate.n



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

excedit ⁊ excedit. ſi ḡ a p̄ncipio vterq; ha
beat. 5. ⁊ vn⁹ eoꝝ acc pit vnū de eo qđ eſt
alteri⁹ tūc accipiēs hēbit ſex ⁊ alius hēbit
4. Erit ḡ iuſticia ſi vterq; reducat̄ ad me
diū. 5. ut accipiat̄ vnū ab eo q hꝫ. 6. ⁊ det̄
ei q hꝫ. 4. Sic. n. vterq; hēbit. 5. qđ eſt me
diū. Ex quo pꝫ ꝙ non licet aliqd lucrari ſi
ne pctō. Vn̄ Math. 7°. dr̄. Oīa quecūq; vul
tis ut faciāt vob hoīes ⁊ vos facite illis. ſꝫ
nullus vult ſibi rē cari⁹ vendi ꝙ valeat. ḡ
ꝛc. ¶ Juxta ſecūdū dico ꝙ licet negociādo
aliqd lucrari. ſed uſq; ad q̄tū nō determi
nat lex ciuil̄ affirmatiue ſed negatiue. qꝛ
nō ultra medietatē iuſti p̄cii. ſed īfra. Qn̄
. n. ēptor ē decept⁹ ultra medietatē iuſti
p̄cii. reſcindit̄ ēptio ut. C. de reſcindenda
uēditione. l. i. qꝛ ubi ēptor poſt uēditio
nē iuenit ꝙ res p̄ q̄ dedit. zi. n̄ ualet niſi
io. pōt p̄ciū repetere ⁊ emptionē reſcider̄
ut. ff. đ actiōe ēpti ⁊ uēdi. l. Julia. §. ſi uē
ditor. ⁊. §. p ꝯriū. Pōt. n. qs cari⁹ uendere
hoc mō q̄drupl̄r. ¶ p̄ cū qs negociationi ī
tēdit pp publicā utilitatē. ne. ſ. res neceſ
ſarie ad vitā patrie deſint ⁊ lucꝝ expetit
n̄ q̄i finē ſed q̄i ſtipēdiū ſui labo: ita ꝙ ꝓ
ſua opa recipit lucꝝ. 2° ſi qs rē ī aliq̄ me
liorauit ⁊ lucꝝ melioratiōis exigit. qa ne
mo militat ſtipēdiis ſuis. ¶ 3° ſi qs rē fieri
fecerit. ⁊ carius ſibi conſtitit ꝙ ī ſe valeat
tūc moderatū lucꝝ pōt expetē. 4° pp picu
lū cui ſe expoſuit trāſferēdo rē đ loco ad
locū ꝯputādo expēſas pedagioꝝ. cabella
rū vecturaꝝ. ⁊ pēſiones domoꝝ aut apote
caꝝ. licite pōt aliqd lucrari cari⁹ vēdēdo.
Juxta tertiū dico ꝙ diffi cile ē in arte mer
candi ſic rcē icedere ꝙ a medio nō declīet̄.
Exemplū. pone vnā peciā panni añ. 3. uel
plures extimatores ⁊ ſeorſū. ita ꝙ vn⁹ ne
ſciat de arbitrio alteri⁹. lꝫ ſint bone ꝯſcīe.
raro videbis eos in arbitrio concordare.
¶ Juxta quartū dico ꝙ licitū eſt ꝯtrahen
tib⁹ iuicē ſe decipe. ubi nec dol⁹ dat cauſā
ꝯctui nec tendit in ꝯctū. ut dicit glo. ſup
c. cū dilecti. extra de emptione ⁊ vēditiōe
Hoſti. exponens iſtos terminos. dicit ſic.
Si vis ꝙ ego uendā tibi decretales meas.
rn̄deo me h nolle facere qa non ſū eaſ uen
diturus. tu replicas dicēs. Si ſcires aliam
cōpilationē uēturā ſicut ego ſcio libēter
uēderes. Ego credēs h uēdo tibi eas. n̄ ua
let ꝯctus. qa dolus dat cām ꝯtractui. ⁊ re
ſtituēdus ē mihi liber. ⁊ tibi p̄ciū. ut. ff. đ

dolo. l. elegāter. Si v̊o dol⁹ icidit ī ꝯctum
qa erā uēditur⁹ librꝝ. ſed p dolū ⁊ ꝯuentio
nē iduxiſti me ut min⁹ uenderē. uel p do
lū plus emeres tenet qdem ꝯctus ſed agit̄
ad ſupplementū reſidui. Si v̊o nec dolus
dat cām ꝯtractui nec icidit in ꝯtractū. lo
cū hꝫ lex p̄dicta. Vn̄ exp̄ſſe dic glo. ꝙ lex p̄
dicta locū habet ī ꝯctib⁹ bone f. dei qn̄ uē
ditor neſcit emptorē eē deceptū nec econ
uerſo tūc neuter pōt agere ꝯ aliū: niſi ſit
deceptus ultra medietatem iuſti p̄cii.
¶ Quartū dubiū ē. Vtꝝ uēdere ad terminū
ſit licitū. R° ꝙ ī tali uenditiōe duo ꝯſide
rant̄. ſ. uendēs et emēs. Ex pte uēdētis cō
ſiderant̄ duo. p̄ ꝙ nūc ſit uēditur⁹. e. ad h
ut talis uēditio ſit licita reqrunt̄. 4. p̄ in
certitudo tpis. qa. ſ. nō ē certū an ī termi
no ſolutiōis res ualeat plus uel minus. 2°
certitudo eq̄litatꝭ. qa. ſ. ē certū ꝙ ī termīo
ſolutiōis res nō min⁹ ualebit ꝙ mō uale
at et uēdat̄. 3°. certitudo īfirmitatis. qa. ſ
ē certū ꝙ ī termino ſolutiōis res pl⁹ uale
bit. n̄ tn̄ excedit iuſtū p̄ciū licet aliqd pl⁹
pcipiat ꝙ ſi mō ſibi ſolueret̄. 4° certitudo
uariabilitatis. qa. ſ. lꝫ ſit appoſita dilatio
ſolutiōis. ſi tn̄ emptor uelit nūc ſoluere ⁊
aliqd de p̄cio diminuē uēditor dꝫ eē pat⁹
h acceptare. niſi forte talis diminutio p̄cii
cedat uēditori ad aliqđ itereſſe. ¶ 2° ex pte
uēdentis ꝯſiderat̄ ꝙ nūc nō ſit uēditurus
qa ꝓponit ſeruare uſq; ad certū tp̄s. ſi tn̄
ali⁹ emptor veniat q oīo uelit emē ad cer
tū terminū ſolutur⁹. tūc uēdēs aut dubi
tat an tpe ſolutiōis res uēdita pl⁹ ul̄ min⁹
ualeat. tūc nō ē illicit⁹ ꝯct⁹. aut ē certuſ ꝙ
tpe ſolutiōis res uēdita pl⁹ ualebit. tūc li
cite pōt uēdi q̄tū extimat̄ ꝙ tpe ſolutiōis
ualebit. Si aūt ē certus ꝙ tpe ſolutōiſ res
uēdita plus ualebit. tūc nō licet. Ex parte
v̊o emētis ad terminū ꝯſiderāda ſūt duo
p̊ ſi emptor pōt ſtatim dare pecuniā uēdi
tori ⁊ nō uult. tūc uēditor licite pōt petē
aliqd ꝓpter dilationē dūmō non excedat
medietatē iuſti p̄cii. ¶ 2° ſi emptor nō pōt
ſtatī dare pecuniā. ⁊ uenditor det ſibi ꝓ p̄
cio qđ nūc currit. ſiue ī termino ſolutiōis
ualeat plus uel min⁹. ſic ꝯtract⁹ ē licitus.
aliqn̄. n. uenditor ē melioris cōditionis ꝙ
emptor. ⁊ econuerſo.

Quarto p̄ncipal̄r declarat̄ eadē cōcl̄o
teſti° leg̃ Eccl̄iaſtice. p̊ btūs Greg⁹
lib. 22°. moral̄. ſuper illud Job. Si expaui

ad multitudinē nimiā dicit ſic. Magna ē
ſecuritas cordis nil hr̄e cōcupiē ſecularis.
Nā ſi ad terrena adipiſcēda cor inhiat ſe
curū trāqllūq; eē nullaten⁹ pōt. qa aut n̄
habita cōcupiſcit ut hēat. aut adepta me
tuit ne amittat. ⁊ dū ī aduerſis ſpat ꝓſpa
ī ꝓſpis formidat aduerſa. huc illucq; q̄ſi q
buſdā fluctib⁹ voluit̄. ac p modos varios
reꝝ alternantiū mutabilitate verſatur. ſi
v̊o ſemel ī appetitione ſupne patrie forti
ſtabilitate aīus figit̄. min⁹ reꝝ tpaliū per
turbatiōe vexat̄. h ille. ¶ 2⁹ ē btūs Jero⁹
in q̄dā epl̄a dicēs ſic. Vacu⁹ uiator ⁊ nud⁹
nō timet latronis īſidias. ſecur⁹ a noctur
nis furib⁹ dormit paup etiā ſi eū clauſtra
n̄ muniāt. Diuiti v̊o ſue opes latrōis ima
ginant̄ incurſū. ⁊ iugi ſollicitudine ſōnuꝫ
adimūt. Tu q nūc contū gladiū ſollicit⁹ p
timeſcis. ſi vite hui⁹ callē vacu⁹ ītrares vi
ator corā latrone cātares. O p̄clara opum
mortaliū btītudo quā cū adept⁹ fueris ſe
curus eē deſiſtis. Heu p̊mus qs fuit ille au
ri q pōpera tecti. gēmaſq; latere volentes
p̄cioſa picula fodit. h ille. ¶ 3⁹ ē btūs āb°
li. 3° de officiis dicēs ſic. Regula iuſticie eſt
ꝙ a vero nō declinare virū bonum deceat
nec dāno iiuſto afficere queq̄ nec aliquid
dolo ānectere rei ſue. In ꝯtractibus. n. vi
tia eoꝝ q̄ veniūt ꝓdi iubent̄. ac niſi ītima
uerit vēditor q̄uis ī ius emptoris tranſie
rīt doli actiōe vacuāt̄. h ille. ¶ 4⁹ ē btūs
Aug⁹ ſup p̄s dicēs ſic. Deſiderio tuo locū
facis diabolo. Ecce. n. diabol⁹ ꝓpoſuit lu
crū. ⁊ iuitauit ad fraudē. Lucꝝ hr̄e nō po
teris niſi fraudē feceꝛ. ſꝫ lucꝝ eſca ē. fraus
laq̄us. Sic attende eſcā ut videas pariter ⁊
laqueū. qa lucꝝ habere nō potes niſi frau
dē feceris. fraudē aūt ſi feceris capieris. h
ille. ¶ De rectitudine obſeruanda in arte
mercandi a negociatorib⁹. dicit Caſſiodo
rus in epl̄is. Auꝝ ſiqdem p bella q̄rere ne
phas ē. p maria piculū. p falſitates obpro
briū. p agriculturā v̊o licitū ē. Honeſtum
v̊o lucꝝ p qđ nemo ledit̄. iuſte acqritur. ⁊
nulli p̄iudicat̄. h ille. Sed qa. 40 modis in
arte mercātie peccam⁹. iō. 40. dieb⁹ h tpe
ieiunamus ⁊ corp⁹ nr̄m maceram⁹. ¶ p̄ ne
gociādo p ꝯmutationē denarioꝝ ad dena
rios uel quarūcūq; reꝝ ad denarios. nō ꝓ
pter res neceſſarias vite ſed ꝓpter lucꝝ cō
ſequendū. Vn̄ Caſſiodor⁹ ſup p̄s ut hētur
diſ. 88. c. eiciens. in fine dicit ſic. Quid eſt

aliud negociatio niſi vilius cōpare ⁊ cari⁹
velle diſtrahere. h ibi ⁊ ſic ē pctm̄. ¶ 2° ne
gociādo cū qbuſdā vitiis qb⁹ decipit̄ ꝓxi
mus in dānū ipſi⁹. Vn̄ Tulli⁹ li. de officiis
dic ſic. Tollendū ē ex reb⁹ ꝯtrahendis oē
mendaciū. nō licitatorē vēditor. non q ſe
licitet̄ emptor apponet. ¶ 3° negociando
cū piuriis ⁊ fraudib⁹ aſſerēdo rē tāti valē
Vn̄ Caſſiodor⁹ ſup p̄s. ut hr̄ diſ. 88. c. eici
ens in fine dicit ſic. Negociatores ḡ illi ab
hominabiles eſtimant̄ q iuſticiā dei mīme
ꝯſiderantes p īmoderatū pecunie ābituꝫ
polluūtur merces ſuas piuriis horādo. ꝙ
p̄ciis. Tales eiecit dn̄s de tēplo dicens. No
lite facē domū p̄ris mei domū negociatio
nis. ¶ 4° negociādo ut rē īmutatā carius
vēdat ⁊ lucret̄. Vn̄ Criſo⁹ ſuper Math. ut
hr̄ diſ. 88. c. eiciēs. dic ſic. Quicūq; rē com
pat nō ut ita ītegrā ⁊ īmaculatā vendat.
ſed ut mā ſit ſibi īde aliqd opandi ille nō
ē negociator. q v̊o rē cōpat ut integram ⁊
īmutatā vendēdo lucret̄. ille ē mercator q
de tēplo eiicit̄. h ille. ¶ 5° negociādo aīuꝫ
ſuū curis ſecularibus nimis īplicando. ita
ut nec miſſam nec dīna officia die ſtatuta
audiuerit. Vn̄. 2. Thimo. 2° dr̄. Nemo mi
litans deo īplicat ſe neg. ſec. ¶ 6° negociā
do aut ad mercata eūdo die feſto. Vn̄ ſi qs
ducat h in conſuetudinē aut lucrādi cupi
ditate. nō ꝓ victualibus neceſſariis. ⁊ ſub
trahat ſe a dīnis peccat mortal̄r. ⁊ de tem
plo dei eicit̄ a Jhu xp̄o. ¶ 7° die feſto relu
endo lucra mercātie ſue cū alia die h poſ
ſit facē. vn̄ cū h fiat ex cupiditate lucri tal̄
peccat mortal̄r. cū debeat ſolū ītendere re
bus ſpūalibus. ut de ꝯſe. diſ. 3. c. ieiunia ꝛc.
¶ 8° die feſto q̄ternos ſuos reuidēdo ⁊ rō
cinia ſua cōputando. Vn̄ ſi non licet ſcrip
toribus die feſto qcq̄ ſcribere. qa tūc loca
rēt opas ſuas. a fortiori nec negociatorib⁹
licet rōcinia ſua cōputare ⁊ in q̄ternis ſcri
bere. ¶ 9° ꝯmittēdo fraudē i negociatiōe
q̄tū ad ſpēm ⁊ ſubſtantiā rei quā vēdidit
Vn̄ ꝯtra q̄ſdā dr̄ Jſa. p̊. Argentū tuū v̊ſū
ē in ſcoriā. vinū tuū mixtū ē aq̄. Quod. n.
p̄mixtū ē patit̄ defectū q̄tū ad ſpēm ⁊ ſub
ſtantiā rei. ¶ x° ꝯmittēdo fraudē in nego
ciatiōe q̄tum ad menſurā. Nam mēſuras
reꝝ venaliū ncc̄ē ē ī diuerſis locis eē dr̄ſaſ
pp diuerſitatem copie ⁊ īopie reꝝ. qa ubi
res magis habūdant conſueuerūt eē maio
res mēſure. Jn vnoq̄q; tn̄ loco ad rectores



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ciuitatis ptinet determiãre que ſint iuſte
mẽſure rez venaliũ.penſatis ɔditiõibus
locoꝝ ꝛ reꝝ.ꝛ iõ has mẽſuras publica auc
toritate uel ɔſuetudine inſtitutas ṗterire
nõ licet.iõ negociatoꝛ q ſciẽter vtit̕ defici
enti mẽſura ĩ vendẽdo fraudẽ cõmittit ꝛ
peccat mortalꝛ. ¶ xiº ɔmittẽdo fraudẽ in
negociatiõe q̃tũ ad q̃litatẽ. Vñ Aug⁹ dic
xiº de ciui.dei.q ṗciũ reꝝ venaliũ nõ ɔſide
rat̕ ſcd̃m gradũ nãe cũ qñq; plus vẽdatur
vn⁹ equ⁹ q̃ vn⁹ ceru⁹.ſed ɔſiderat̕ ſcd̃m q
res in vſũ hoĩs veniũt.iõ nõ oꝫ q vẽditoꝛ
uel emptoꝛ cogſcat occultas rei vendite q̃
litates.ſed ſolũ illas p q̃s reddit̕ humanis
vſib⁹ apta.puta q equ⁹ ſit fortis ꝛ bñ cur
rat.Si qs aũt ſciẽter vẽderet aĩal ĩfirmũ
p ſano peccaret mortalr ¶ 12º nõ manife
ſtãdo vitiũ rei vẽdite ex quo ſeqt̕ dãnum
uel piculũ emptori.vñ vẽditoꝛ q rẽ vena
lẽ pponit vitioſam ex quo ſeqtur dãnum
uel piculũ emptori dat occaſionẽ dãni ul̕
piculi.Dãnũ qdẽ ſi pp hui⁹ vitiũ vſus rei
ĩpedit̕ uel reddit̕ noxius.puta ſi qs vẽdat
alicui equũ claudicãtẽ p veloci uel domũ
ruinoſam p firma.uel cibũ venenoſum p
bono ſi h⁹ vitia ſint occulta ꝛ ipſe nõ dete
gat erit illicita ꝛ doloſa vẽditio. ¶ 13º emẽ
do ṗdiũ de pecunia eccleſie ꝛ p ſe retinẽdo
Vñ.12.q.3.c.Placuit ut epi ul̕ preſbyteri
uel diaconi uel qcũq; clerici q nihil hñtes
ordinant̕ ꝛ tpe epatus uel clericatus ſui a
gros uel q̃cunq; ṗdia noĩe ſuo ɔpãt tanq̃
reꝝ dñicaꝝ ĩuaſionis crimine teneãt̕. niſi
ãmoniti eccleſie eadẽ ɔtulerint Ibidem. Vñ
qcqd emit̕ de pecunia eccleſie ipſi⁹ eccleſie
ẽ ꝛ nõ emẽtis qa ſtatĩ ẽ acqſitũ eccleſie.ut
extra de peculio clericoꝝ.c.p̃.ꝛ.c.ingrẽdũ
Et pp̃ter h nõ põt clericus talia vllo mo
do alienare aut alteri legare ¶ 14º emẽdo
poſſeſſionẽ de pecunia eccleſie quã habuit
furto rapina ſeu depoſito. Unde camera
rii eccleſiaꝝ ſeu hoſpitaliũ aut fraternita
tũ q̃ in eccleſiis cõgregant̕.penes quos pe
cunie cões depoſitantur qcqd ex eis eme
rit.acqrũt eccle aut hoſpitali aut frater
nitati ꝛ ñ ſibi.alr peccãt mortalꝛ ut pꝫ ꝛc.
¶ 15º emẽdo ṗdiũ de pecunia aut bõis pu
pilli.vñ ſi tutoꝛ uel curatoꝛ d̕ pecunia mi
noris emerit ṗdiũ.minoꝛ vendicare illud
poterit.ut.ff.qñ ex officio tutoris.l.2.Et
ſic de tali pecunia nõ põt negociari ¶ 16º
emẽdo aliqd de pecunia quã alter coiugũ

ei donauit.vñ ſi alter ɔiugũ aliqd emerit
de pecunia quã alter ei donauit.poterit il
le cuius fuit pecunia illud vtiliter uẽdica
re.ff.de donatiõib⁹ ĩter viꝝ ꝛ vxorẽ.l.ux
or.l.marit⁹ ¶ 17º uẽdendo cari⁹ pp dila
tionẽ ſolutiõis ĩtendẽs nũc uẽdere.vñ ex
de vſuri.c.nauigãti.§.2º.dr̕ ſic.Rõe dubii
h⁹ excuſat̕ q pãnos.granũ.vinũ.oleũ.uel
alias merces uẽdit ut ãpli⁹ q̃ tũc ualeant
in certo termino recipiat p eiſdẽ.ſi tamẽ
ea tpe ɔtract⁹ ñ erat uẽditur⁹.Ibi. ¶ 18º
uẽdendo res p ṗcio qd̕ nũc currit.h addi
to q ſi pl⁹ ualebũt ĩ tali termĩo vult illud
plus.Si vo min⁹ valebũt nõ vult minus.
vñ pacto ṗhibito paciſcit̕.ar.C.de ſoluti
onib⁹.l.penultia. ¶ 19º uẽdẽdo ṗdiũ tali
ɔditõe q ſi vſq; ad tot ãnos reddã ṗcium
ꝛ aliqd vltra.rehabeã ṗdiũ.vñ hic ɔſide
rant̕ tria.p̃ ſi ṗciũ ẽ modicũ reſpcũ valoris
rei.extra de emptiõe ꝛ uẽditione.c.ad no
ſtrã.2º ſi ſit in pacto q reſtituat̕ aliqd pl⁹
q̃ fuerit ṗciuꝫ.extra de pignoribus.c.illo
nos. 3º ſi emptoꝛ ɔſueuit vſuras exercere
Ibidẽ.Iſta tria reddunt vẽditionẽ ĩiuſtã
Oppoſita quoꝫ reddũt uenditionẽ licitã
ꝛ honeſtã ꝛc. ¶ 20.emẽdo fructus ſiue ſe
getes pueturas hoc ãno uel pluribus an
nis d agro ſeiato.vñ ſi vĩſile ſit q fructus
colligẽdi etiã cõputato q pñt ĩpediri tũc
plus ualebũt q̃ illud qd̕ nũc dat̕.ẽ illicit⁹
ɔtractus ¶ 21º emẽdo frumentũ vinũ et
h⁹mõi tpe quo colligũt̕ ut poſtea vendãt
cari⁹.Vñ.14.q.4.c.Quicũq; tpe meſſis ul̕
vindemie nõ nccitate ſed pp cupiditatem
cõparat annonã uel vinũ.vbi gr̃a.de duo
bus denariis cõpat modium vnũ ꝛ ſeruat
uſq; dũ uẽdatur denariis.4.aut amplius.
h turpe lucꝝ dicim⁹ ¶ 22º cõueniẽdo cũ
aliis mercatorib⁹ ut certo ṗcio vendãt.ul̕
q vn⁹ ſol⁹ tales merces vẽdat.tale.n.pac
tũ illicitũ ẽ.qm̃ ſcd̃m leges ciuiles talis de
bet ppetuo exilio dãnari. ꝛ ſilr cõcedẽtes
puniri debẽt.ut.C.de monopoliis.l.vna
ꝛc. ¶ 23º locãdo aĩalia p frumẽto ul̕ alia
de certa ãnua paciſcẽdo q dãnũ ſolum ſit
cõductoris.vñ licitũ ẽ paciſci q dãnũ ꝛ lu
crũ de re locata ſint vtriq; cõe ꝛ nõ alteri⁹
tm̃ niſi eẽt ex culpa ſua. ¶ 24º tradendo
certa capita ouiũ aut alioꝝ aĩalium alicui
cuſtodiẽda ꝛ paſcẽda ſub certa mercede ul̕
ſub certa pticipatiõe puentuũ gregis ĩpu
tãdo piculũ ɔductori.vñ ñ ulꝛ ĩ ſe piculũ

¶ 25º tradendo certa capita ouiũ eſt ſuta
certo ṗcio paciſcẽdo cũ cõductore q nõ ac
cipiat aliquã utilitatẽ donec q dedit acce
pit totã ſortẽ.vñ ſil̕ h⁹ caſib⁹ qñ cõis eſt
ɔditio licit⁹ ẽ ɔ̃ct⁹.ſecus ubi ẽ melior ɔdi
tio vni⁹ q̃ alteri⁹.ĩ caſu ãt poſito ẽ q̃ĩ tra
dere oues ĩmortales.qd̕ ẽ ɔ̃nãm. ¶ 26º e
mẽdo iura alicu⁹ creditoris ɔ̃ aliquẽ debi
torẽ q in certo termino debet ſoluere cẽtũ
ꝛ h p minori ṗcio puta nonagĩta.Vñ taliſ
emptio iuriũ duplr ſit iniuſta.p̃ qñ dimi
nuit ṗciũ ſolũ qa nunc ſoluit ꝛ in futuro
plus hẽbit.2º qñ ex tali emptõe ĩminẽt li
tigiũ.tũc.n.emptoꝛ nõ põt plus peter̃ ab
illo debitore q̃ ĩ vitate ſoluerit.etiã ſi re
ſiduũ fuerit ei donatũ.ut.C.de mãdato.l
p diuerſas.ꝛ.l.ab anaſtaxio.ubi dr̕ ſic.Si
qs aũt occulte aliud qdẽ agere conat̕.ꝛ pe
cunias p pte accepit ꝛ vẽdidit pticulatim
actiões.pti aũt donare ſimulat.uel ipſi q
dẽ q emptiõe actõis ptẽ ſubiit.uel forſitã
aliis p ſuppoſitã pſonã qa ꝛ h ſepi⁹ ppetra
tũ eẽ didicim⁹.h⁹mõi machinationẽ peni
tus ãputamus.ut nihil ampli⁹ accipiat q̃
ipſe uero ɔtractu pſoluit ꝛc. Ibi.ut ſa
tis pꝫ. ¶ 27º deponẽdo apud depoſitariũ
certã pecunie quantitatẽ ad diſcretionẽꝫ.
vñ lꝫ depoſitũ in ſe ſit licitũ.tñ intẽtio re
cipiẽdi aliqd ex depoſito ẽ act⁹ aſtucie ꝛ fa
cit ɔ̃ctũ illicitũ.Luce.xiº.Si ocul⁹ tuus ne
quã fuerit ꝛc. ¶ 28º ſuadẽdo alicui q uen
dat uel emat plus uel min⁹ q̃ res ualeat q
alias nõ erat uẽditur⁹ uel emptur⁹. Exẽ
plũ.qdam mercatores auiſati q erit cari
ſtia q̃rundã merciũ.dabũt vocẽ oppoſitã
ſ.q tales galee ueniũt onuſte talib⁹ merci
bus.ꝛ cũ iſta aſtucia emũt q̃tũ pñt.ꝛ ĩdu
cunt alios ad vendendũ nõ uendituros ſi
miles merces.ꝛ ſic p illicitas vias ꝛ excogi
tata malicia dãnificant alios ꝛ ſeducunt.
¶ 29º emẽdo pecuniã ĩpreſtitoꝝ aut mõ
tis.nã pecunia rõe mãe ſue ẽ res ĩuendibi
lis ꝛ pciũ alioꝝ.Quãtitas.n.reꝝ q̃ in vſuꝫ
hominũ venerũt menſurat̕ ſcd̃m ṗciũ da
tũ.ad qd̕ ẽ ĩuentũ numiſma.ut dr̕ 5º ethi
coꝝ.iõ nõ põt uenire ſub uẽditione.q enĩ
ciues aliqñ aliqd ṗcipiant.ẽ qa coacti mu
tuauerũt. ¶ 30.emẽdo ius qd̕ qs habet ſu
p pecunia ĩpreſtitoꝝ aut mõtis.vñ ñ licet
emere tales ius triplici rõe.p̃ qa ſpõtanee
emis ꝛ nõ coacte.ille aũt ṗmus q hꝫ h ius
g̃uat⁹ a cõitate vltra id qd̕ tenebat̕ coĩta

ti nõ rõe mutui ſed rõe dãni accepti.põt
vltra capitale aliqd accipe a coĩtate.cũ pe
trus h poſſit recipe a quocũq; eũ dãnificã
te.g̃ etiã a coĩtate. 2º qa nõ in recõpenſa
tionẽ dãni aut intereſſe h recipis.ſed loco
lucri. 3º qa nõ ẽ certitudo in emptiõe ei⁹
qd̕ uendit̕ aut emit̕.Nã Petr⁹ debet reci
pe a coĩtate ſcd̃m curſũ mercãtiaꝝ illo tẽ
pore occurrentiũ.vñ ſi coĩtas g̃uat Petꝝ
ĩ.x.ultra illud qd̕ tenet̕ coĩtati tũc q̃tum
valẽt coĩter.x.floreni h ãno.ſ.tria ul̕ q̃tu
or.tm̃dem põt recipe.ſed ipe neſcit qd ha
beat recipe de ĩtereſſe ſequendo curſũ mer
cantiaꝝ.qa aliqñ ualẽt pl⁹ aliqñ minus p
pter talẽ ĩcertitudinẽ non licet emẽ h ius
¶ 31º aſſecurando aliquẽ q accipit mutuo
pecuniã ab aliquo.p qua ſecuritate ꝛ fide
iuſſione iſte accipit vnũ uel duo p cẽtena
rio.Nã ille q ſic aſſecurat ẽ loco mutuãtis
ꝛ ẽ ac ſi mutuãdo pecuniã ſuã illã rehabe
ret cũ additiõe illi⁹ uni⁹ aut duoꝝ.etiam
nullũ piculũ ĩ ſe ſuſcipit cũ ſit ſecurat⁹ ab
eo q mutuũ accepit ¶ 32º ɔſignãdo cam
pſori.x.libras groſſoꝝ uenetoꝝ.cũ h q hĩc
ad mẽſem aſſignabis mihi tm̃ de ualore q̃
tũm ualebũt iſte.x.libre ĩfra.x.dies ĩcipi
endo a die celebrati ɔtract⁹.vñ ſit mutuũ
de pecunia cũ ĩtentiõe plus recipiẽdi hinc
uſq; ad menſem.lꝫ qñq; min⁹ ualeãt.etiaꝫ
pecunia de ſe nõ facit lucꝝ pſone ſed indu
ſtria ꝛ opa hoĩs de q̃ uis lucrari ¶ 33º emẽ
do furta ſciẽter p.5.que ualẽt x.ut ĩde lu
cret̕.Nã tũc furtũ cõmittit̕ ɔtrectãdo reꝫ
alienã ĩuito dño.ff.de furtis.l.i.Et qa nõ
facit ſibi de hoc ɔſciam.iõ mortalꝛ peccat
ut pꝫ ¶ 34º põderãdo pecuniã ad cãbium
cũ fraudulẽtia.nã cãpſores ſepius habent
diuerſa põdera aut dinarſimode ꝛ fraudu
lẽter pecuniã põderãt.ut id qd̕ ẽ põderis
oñdãt min⁹ ualere ꝛc. ¶ 35º plrãs cambii
ultra ſalariũ qd̕ recipit̕ dant.x.florenos p
x.ducat̕.vñ cũ pl⁹ ualeat ſcd̃m cõem cur
ſũ ducat⁹ q̃ floren⁹.attendũt ut illud pl⁹
p ſe lucrent̕ qd̕ ẽ illicitũ. ¶ 36º faciẽdo pe
cuniã alkimicã aut circũcidẽdo eã.aut in
aquã ponẽdo certã quãtitatẽ pecunie ut
ĩde auferãt.argentũ.aut aliter falſificãdo
monetã ſeu res alias q̃ſcunq; ꝛc. ¶ 37º ac
comodãdo ſub iniq̃ ɔditiõe certã pecunie
q̃titatẽ.puta cõmodãdo.40.ducatos au
ri ɔputãt ducatũ p.4.ſolidis.ꝛ ĩ reſtõne
uolũt hr̃e.41.ꝛ nullũ ſuſcipiũt piculũ ꝛc.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

¶ 38° nō dādo cōputū in cābio quo ad nu
mez. Nā feſtināter malitioſe numerāt et
pcipue ī pecunia minuta qñ ē ī magna q̄
titate aut qñ pluribꝰ ſil' cōmutāt pecuniā
ut p3. ¶ 39° a pegrinis accipiēdo uiēnariū
uel alteriꝰ generis monetā ꝑ q̄trino q̄ va
let duos ul' tres q̄trinos aut dādo q̄trinū
argentatū ꝑ ſolido. ⁊ ille nō aduertēs deci
pit'. qđ ſepe ꝯtigit. ¶ 40. malicioſe nume
rando ꝓiciūt ad terrā unū ſolidū ut ille ī
curuet' ⁊ recipiat. q̄ inclinato cāpſoꝛ ſurri
pit clam. 4. aut. 5. ſolidos de pecūia nume
rata. Aliis modis īnumeris ꝓximū decipi
endo ut cōſtat. ¶ Poſt hanc declarationē
dixit ſcūs Thomas aīe deuote. O aīa ſim
plex iā potes ītelligere rcītudinē iuſticie
q̄ reqrit' ī arte mercātie. Sed ne Belial glo
riet' in argutiis ſuis. attēde queadmodum
rn̄deas. ¶ Ad pmū dic q̄ tpalia bōa ſubie
cta ſūt hoi ut eis utat' ad necītatē. ⁊ n̄ ut
in eis finē ꝯſtituat ⁊ ſupflue circa ea ſolli
citet'. ¶ Ad ſecundū dic q̄ ſollicitudo eiuſ
q̄ pane acqrit nō ē ſupflua ſed moderata.
iō Iſidoꝛꝰ dic q̄ laboꝛ exercēdus ē. ſollici
tudo tollēda. ſ. aium inqetans. ¶ Ad ter
tiū dic q̄ ſollicitudo tpaliū in opibꝰ mīe
oꝛdinatur ad finē caritatis. ⁊ iō nō ē illici
ta niſi ſit ſupflua. ¶ Ad q̄rtū dic q̄ foꝛmi
ca habet ſollicitudinē cōgruā tpi. ⁊ h̄ ſolū
nobis imitandū ꝓponit'. ¶ Tūc aīa grati
as agens deo ⁊ ſuis doctoꝛibus confoꝛtata
iuit domū ī pace. Quā nobis cōcedat Ihe
ſus xp̄s q̄ eſt pax noſtra. Amen.

## ¶ Feria q̄rta pme dn̄ice q̄dradrageſime. Seꝛmo octauus de Penitentia.

VOlumus ſi
gnū uidere. Math. 12° ca.
Hodie aīa ſimplex fidel' ⁊
d̄uota ſaluti ſue ītēta ac
ceſſit ad eccleſiā. ⁊ audiēs
miſſam tā ex lectiōe ꝓphie 3° Reg. 18. q̄ ex
euāgelio aduertit unā ꝯclōnē ualde nobi
lē. ſ. Nullū ē tā g̃ue pctm̄ mētiſ obſtinate
qđ p pnīam n̄ diluat' a deo grate. Rō iſtiꝰ
ꝯclonis ē iſta. q̄. n. aliqđ pctm̄ p pnīam de
leri nō poſſit pōt ꝯtingere dupl'r. Uno mō
p h̄ q̄ aliqs de pctō penitere non poſſit. et
ſic pctā demonū ⁊ etiā hoium dānatoꝝ de
leri nō pn̄t. qa affectꝰ eoꝝ ſūt ꝯfirmati in

malo ita q̄ nō pōt eis diſplicere pctm̄ inq̄
tū ē culpa. lꝫ diſpliceat eis inq̄tū penā ali
quā ꝑ eo patiūt'. rōe cuiꝰ aliquā pnīam ſꝫ
īfructuoſam h̄nt. ſcđm illud Sap. 5. Peni
tentiā agētes ⁊ p̄ anguſtia ſpūs gementes
dn̄ talis pnīa nō ē ſub ſpe venie ſed cū de
ſpatiōe. tale aūt nō pōt eē pctm̄ alicuiꝰ ho
minis viatoꝛis ī hac vita. dn̄ dicere q̄ ali
qđ pctm̄ ſit in hac vita de q̄ hō penitere n̄
poſſit ē hereticū duplici rōe. p̄ qa p h̄ tol
leret' libertas arbitrii qđ flexibile ē ad bo
nū ⁊ ad malū. Eccl. 15. Deus fecit hominē
rectū. ⁊ reliqt eū ī manu conſilii ſui. 2° qa
derogaret' v̊tuti gr̄e p quā moueri pōt coꝛ
cuiuſcūq̄ pctōꝛis ad pnīam. ſcđm illđ ꝓ
21. Coꝛ regis in manu dn̄i quocūq̄ volue
rit uertet illud. 2° mō pōt ꝯtingere q̄ per
pnīam aliqđ pctm̄ deleri n̄ poſſit. qa pnīa
nō ē tāte v̊tutis ut poſſit delere pctm̄. ⁊ h̄
ē hereticū duplici rōe. p̄ qa repugnat diui
ne miſericoꝛdie. đ qua dr̄ Joel. 2. Benignꝰ
⁊ miſericoꝛs ē ⁊ ꝓſtabilis ſup malicia. Ui
ceret' enī quodāmodo deus ab hoīe ſi ho
mo uellet ſibi pctm̄ deleri qđ deus delere
nō uellet. cū tn̄ dicat' Ezech. 18. Oīum iniq
tū quas opatus ē nō recoꝛdaboꝛ amplius
2° qa h̄ derogat v̊tuti paſſiōis xp̄i. p quā
pnīa opat' ſicut ⁊ cetera ſacr̄a. cū ſcriptum
ſit. 1. Joh. 2. Ipſe ē ꝓpiciatio ꝓ pctīs nr̄is.
nō ſolū ꝓ nr̄is ſed etiā totiꝰ mūdi. dn̄ đ oē
pctm̄ in hac vita pōt p pnīaꝫ deleri. remo
ueat' g̃ a nobis obduratio ⁊ obſtinatio coꝛ
dis ⁊ mala ꝯſuetudo peccādi. ¶ His itelle
ctis aīa exiuit ab eccl'ia vadēs domū cū ꝓ
poſito agēdi pfectā pnīam ut deus ei miſe
reat'. Et ecce Belial ītendēs eā ab h̄ ſcō ꝓ
poſito reuocare ait. O aīa ſimplex q̄ facile
decipis tā leuiter credendo. Uolo tibi on̄
dere q̄ nō ē veꝝ q̄ oīa pctā p pnīaꝫ deleāt'
¶ p̄ ſic. Math. 12. dr̄. Qui dixerit verbum
cōtra ſpm̄ ſcm̄ nō remittet' ei neq̄ ī hoc ſe
culo neq̄ in futuro. ¶ 2° ſic. Heb. 12. dicit'
Scitote qm̄ Eſau cupiēs hereditare bene
dictionē reprobatꝰ ē. non. n. inuenit pnīe
locum q̄q̄ cū lachꝛymis īqſiuiſſet eā. ſup
quo dicit glo. Non inuenit locū venie et
bn̄dictiōis p pnīam. ¶ 3° ſic. 2° Macha. 9.
dr̄ de Antiocho. Orabat ſceleſtus ille do
minū a quo nō erat mīam conſecuturus.
¶ 4° ſic. Augꝰ in li. de ſermōe dn̄i ī monte
dic ſic. Tanta ē labes illiꝰ pcti. ſ. cum poſt
agnitionē dei p grām xp̄i oppugnat aliqs



fraternitatē ⁊ aduerſus ip̄am grām īuidie
facibꝰ agit'. ut depcandi hūilitatē ſubire n̄
poſſit. etiā ſi pctm̄ ſuū mala cōſcia agnoſ
cere ⁊ ānūciare cogat'. h̄ ille. ¶ Aīa v̊o abi
it triſtis q̄rens ⁊ cōſulens legis doctoꝛes.
Cui mox obuiauit Moyſes. a q̄ cū cog̃uiſ
ſet cāꝫ meſticie ſue ait. Ego on̄dā tibi con
clōnē quā audiuiſti ex euāgelio eē verā et
catholicā teſtimōio q̄druplicis legis. ſ.
¶ Legi Natural'. ¶ Legi Diuinal'. ¶ Legi Prophal'. ¶ Legi Humanal'.
Nālis. ⁊ hoc q̄dru
pliciter. ſ. p rōes nā
les. p phos. per poe
tas. p exēpla genti
liū. ¶ Q̄tū ad rōes
nāles. Sciendum q̄
PRīo ex teſti
monio legi
4. ipediūt pnīam. p̄ generis nobilitas.
Plures. n. gl'iant' in meritis anceſſoꝝ. Cri
ſoꝰ. Quid ꝓdeſt ei quē moꝛes ſoꝛdidāt ge
neratio clara. Quid ꝓfuit Cham q̄ fuit fi
lius Noe. Nā de fonte claro qn̄q̄ riuus lu
toſus deriuat'. An gloꝛiāt' in diuitiis. Oſee
9. Gl'ia eoꝝ a ptu ⁊ ab vtero ⁊ a conceptu.
ne. Intantum ꝙ ſi aliquis ſolemniter vo
uens intrare religionem. ſi ante introituꝫ
eius in epiſcopum eligatur cogitur cedere
⁊ ordinem intrare. ⁊ ſi poſt eligitur poteīt
recipere. extra de voto. c. per tuas. quia vo
tum fuit generale ſine quo non eſt ſalꝰ. ſi
cut illud quod vouemus in baptiſmo. ſ. re
nunciare diabolo. 17. q. i. c. Sunt quedam
que non vouentes deberemus. quedā etiā
que niſi uouerimus nō deberemus. ſed po
ſtꝗ̄ ea deo promittimus neceſſario redde
re conſtringimur. hec ille. Siue ſit ſpeciale
etiam ſi non exprimatur voce ante deum
obligatur. 17. q. i. c. Qui bona agunt ſi me
liora agere deliberant ⁊ poſt deliberata nō
faciunt. licet in bonis prioribꝰ perſeuerēt
in conſpectu tamen dei ceciderunt ex deli
beratione. hec ibi ¶ Quarto honeſtatio.
Votum enim incautum ⁊ inhoneſtū. non
eſt tenendum. 22. q. 4. per totum. Unde ī
tali voto ⁊ precipue quando fit ex leuita
te potius ꝗ̄ ex diſcretionis arbitrio facili
or debet eē diſpenſatio. extra qui clerici. c.
2°. Epūs enī etiā in licitis poteſt diſpenſa
re ⁊ cōmutare. p̄terꝗ̄ ī voto pegrinatiōis

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

terre ſancte.ꝛ perpetue continētie ꝛ religi
onis.in q̄bus ſolus papa diſpenſat.ex̄ de
voto.c.p̄.ꝛ.c.nō eſt.Caute tam̄.quia ī diſ
penſatione voti attendendus eſt ſtat⁹ per
ſonarum ꝛ compēſatio vtilioꝛ.ꝛ deo magꝭ
accepta.ibidem.Et quid liceat ſcd̄m equi
tatem.quid ſcd̄m honeſtatem.quid expe
diat ſcd̄m vtilitatem.extra de voto.c.ma
gne.Item votum terre ſancte redimitur
per expenſas quas faceret eundo ꝛ redeun
do.ꝛ ibi ſtando ad ſubſidium terre ſancte
ibidē.Similiter qui non ē abilis ſubſidio
terre ſancte.melius ē ei redimere votū q̄
cōſumere expēſas.extra de voto.c.ex mul
ta.quales ſūt pauperes.debiles.mulieres.
que non poſſunt ducere bellatoꝛes ꝛ cleri
ci quibus non licet pugnare.extra d̄ voto
c.quod ſupereſt ꝛc.

QUarto declaratur eadē concluſio te
ſtimonio legis Eccleſiaſtice.ꝛ h̄ qua
druplici ter. ¶ Pꝛimo beatus Greg⁹ ī regi
ſtro dic.ut habetur.17.q.i.c.Ananias deo
pecunias vouerat quas poſt diaboli vict⁹
ſuaſione ſubtraxit.Sed qua moꝛte mulc
tatus ſit ſcis.Si g̊ ille moꝛtis periculo dig
nus fuit qui eos quos dederat nūmos deo
abſtulit.conſidera quanto periculo dign⁹
eris in diuino iudicio qui nō nummos ſed
temet ipſum omnipotenti deo.cui te ſub
monachico habitu deuoueras ſubtraxiſti
hec ibi. ¶ 2° beatus Jero⁹ dicit.ut habeť
ibidem.c.Vouentibus non ſolum nubere
ſed etiam velle damnabile eſt. ¶ 3° beatus
Ambroſius libro de officiis dicit.ut habeť
22.q.4.c.vnuſquiſq; ꝛc ſic.Nihil pꝛomit
tat inhoneſtum.aut ſi pꝛomiſerit tollera
bilius eſt pꝛomiſſum non facere q̄ facē qd̄
turpe ſit.Melius eſt non vouere id qd̄ ſibi
is cui pꝛomittitur.nolit exſolui.Non igiť
pꝛomiſſa ſoluenda ſunt omnia.deniq; ipe
dominus ſicut ſcriptura indicat frequen
ter ſuam mutat ſententiā.hec ibi. ¶ 4° be
atus Aug⁹ in epiſtola ad Armentarium ꝛ
Paulinam.dicit ſic.Quia iam vouiſti.iaȝ
te aſtrinxiſti.aliud tibi facere nō licet.nō
talis eris ſi non feceris quod vouiſti.qua
lis manſiſſes ſi nihil tale vouiſſes. Minoꝛ
enim tunc eſſes nō peioꝛ.modo aūt quod
abſit.miſerioꝛ.ſi fidem deo fregeris quan
to beatioꝛ ſi perſolueris.Nō te vouiſſe pe
niteat immo gaude iam tibi non licere qd̄
cum tuo detrimento licuiſſet.Felix neceſſi
tas que in melioꝛa cōpellit h̄ ille. ¶ Quia
vō contra votuȝ.40.modis grauiſſime of
fendimus ꝛ peccamus.ideo.40.diebus ab
ſtinemus ꝛ ieiunamus. ¶ p̄ indeliberatio
ne.Nam ad votum concurrit deliberatio.
quod theologi diffiniunt ſic.Votum ē cō
ceptio melioꝛis pꝛopoſiti.animi delibera
tione firmata.Et.27.q.i.c.hec vō.dr̄ ſic.
Nam ſi inter homines ſolent bōe fidei cō
tractus nulla ratione diſſolui.quanto ma
gis iſta pollicitatio quam cuȝ deo pepigit
ſolui ſine vindicta non debet.hec ibi.Ex
pedit enim vouere.dūmodo rationabili
ter fiat votum.quia per hoc voluntatem
noſtram īmobiliter applicamus ad bonuȝ
ꝛc. ¶ 2° incircūſpectione.Nā votum icau
tum non eſt ſeruandum.Unde.22.q.4.c.
Non ſemper pꝛomiſſa omnia ſoluēda ſūt.
deniq; ipſe dominus frequenter mutat ſen
tentiam.ſicut ſcriptura indicat.hec ibi.Si
cut etiam non eſt ſeruandum iuramentū
quod incaute pꝛomittitur. Unde ibidem
dicitur.c.Si aliquid foꝛte nos īcautius iu
rare contigerit.quod quidem obſeruatuȝ.
peioꝛem vergat in exitum.libere illud ſa
lubꝛioꝛi conſilio mutandum nouerimus.
Nam iurauit Dauid per deum occidere na
bal.virum ſtultum ꝛ impium.atq; omnia
que ad eum pertinebant demoliri.ſed ad
pꝛimam interceſſionem Abigail femie pꝛu
dentis mox remiſit minas.reuocauit enſē
in vaginam.neq; aliquid culpe ſe pꝛo tali
periurio contraxiſſe doluit.hec ibi.Et de
voto Jepte dicit Jero⁹.q̄ in vouendo fuit
ſtultus.quia diſcretionem non adhibuit.
ꝛ in reddendo impius.ut patet Judic.xi°c.
¶ 3° ſurreptione.Nam vota que fiunt in
anguſtiis.puta mulieres in partu vouen
tes.uel quicunq; aliī in anguſtia.infirmi
tate.periculo.ſi habeant deliberatam in
tentionem obligandi ſe.obligant taliter
vouentes.Argumentum.17.q.4.c.ſūt qui
opes.Si autem ſubito ex oppꝛeſſione vio
lenta ꝛ indeliberate fiant.tunc non obli
gant. ¶ 4° dubitatione.Nam votum nō
debet fieri de malo.neq; de indifferenti ſed
tantum de bono ad quod aliquis aliter n̄
tenetur.Illud autem quod in aliquo euen
tu eſt bonum.ꝛ in aliquo malum.nō obli
gat niſi ꝑ euentu bono.ut votū Jepte.Iu
dic.xi°ca°.q̄a poterat ſibi p̄mo occurrere
aliq̄d ſcd̄m legē ſacrificādū.ꝛ aliq̄d nō ꝛc.

¶ 5° pꝛomiſſione.Nam cum noxia ꝑmiſ
ſa complemus.dei iuſſa contemnim⁹.Vn̄
diſ.12.c.duo ſūt mala licet cautiſſime om
nino pꝛecauenda.tamen ſi neceſſitas peri
culi vnum ex his perpetrare cōpulerit.id
debemus reſoluere quod minoꝛi nexu no
ſcitur obligari.Quid autem ex his grau⁹
quidve leuius ſit.pure rationis acumine ī
ueſtigemus.Etenim dum peierare cōpel
limur.creatoꝛem quidem offendimus ſed
nos tantūmodo maculamus.Cum vō no
xia pꝛmiſſa cōplemus ꝛ dei iuſſa contēnim⁹
ꝛ pꝛoximis impia crudelitate nocemus.ꝛ
nos ipſos crudelioꝛi gladio trucidamus.
Illic enim duplici culparū telo pimimur.
hic tripliciter iugulamur.h̄ ibi. ¶ 6° idiſ
cretione.Nā vota ſtulta ut d̄ nō pectinan
do caput die ſabbati.uel non comedere de
capite.uel non extinguere cineres intra fe
ſta natalia ꝛ huiuſmodi.potius ſunt deri
denda q̄ ſeruanda.etiam ſi pꝛo honoꝛe ſcō
rum fiant.quia ſimilitudinem quandam
habent cum idolatria.gentiles enim inſpi
ciebant quidem omnia in extis animaliuȝ
que diis ſacrificabant. ¶ 7° maceratione.
Nam ſi nimia carnis maceratio voto pꝛo
miſſa ſit.puta ieiunare tot dieb⁹ cōtinuis
in pane ꝛ aqua ꝛ huiuſmodi.implenda eſt
rationabiliter.ita ut natura nō nimis gra
uetur.Sed quia in his que ad ſeipſum pti
nent.faciliter homo fallitur.ideo talia vo
ta congruenti⁹ ſcd̄m arbitrium ſuperioꝛis
ſunt ſeruanda uel pꝛetermittenda.ita q̄ ſi
magnum grauamen īmineret.ꝛ non eſſet
facultas recurrendi ad ſupioꝛem.nō debet
homo votum obſeruare.quia tunc neceſſi
tas nullis aſtringeretur legibus ꝛc. ¶ 8° ī
petratione.Nam quidam videntes q̄ vo
ta ſua non ſoꝛtiunť effectuȝ ſtatim pꝛeter
mittūt illa.Cōtra quos.diſ.50.c.ſiq̄s pꝛe
poſtera.dicitur ſic.Neq; enim ſtatim vide
ri poteſt de diuina maieſtate conceſſuȝ qd̄
fuerit humana pollicitatione pꝛomiſſum
Nam ꝛ Moyſes pꝛo peccatis populi petiit
nec tamen peccantibus veniam cū petiiſ
ſet accepit.hec ibi.foꝛte nō ſunt iuſta nec
licita.nec expedientia.nec ſcd̄m dei volun
tatem talia vota. ¶ 9° adimpletione.Naȝ
ſi votum eſt abſolutum.teneť ſtatim adī
plere quod vouit niſi vouendo aliud ī mē
te habuerit.datur tamen ei tempus ad ar
bitrium boni viri ad diſponendum ut vo
tum ſuū impleat.p̄s.Redde altiſſimo vo
ta tua ꝛc. ¶ x° obligatione.Nam ſi aliq̄d
cum vouet poſtea fiat īpoſſibile tolliť ob
ligatio.puta ſi quis diues vouerit edifica
re eccleſiam.quā poſtea paupertate ſuper
ueniente perficere non poteſt.non obliga
tur.ꝛ ſi eſt factus omnino impotens.abſo
lutus eſt a toto.Si autem ex parte.tūc ob
ligatur ad id quod poteſt ꝛc. ¶ xi° condi
tione.Nam votum factum ſub conditiōe
ſemper obligat extante ꝯditione.Duplex
autem eſt conditio.Una generalis.ut ſi vi
xero uel potero.uel ſi deus voluerit.que ip
intelliguntur etiam ſi non apponātur.27
q.2.c.beata Maria.Alia ſpecialis.ut ſi fili
us meus fuerit liberatus.faciam hoc uł il
lud.ꝛ ſi talis conditio non extiterit.nō ob
ligatur ex voto.ſi autem extiterit.tūc ob
ligatur.23.q.8.ca°.non ſolum.extra de cō
ditione appoſita.ca°.verum.Si enim tota
obligatio voti erat in conditione appoſita
aut in euentu conditionis.tunc non obli
gatur niſi pꝛopter ſcandalum tollendum
impleatur.extra de conuerſione coniuga
toꝛum.ca°.ex parte.circa finem.Imaginoꝛ
ego de votis ſic.Deus ut oſtēdat diuitias
gloꝛie ſue in ſanctis ſuis.p̄s.Mirabilis de⁹
in ſanctis ſuis.deus iſrahel ipſe dabit vir
tutem ꝛ foꝛtitudinem plebi ſue.ſ.ꝑ oſten
ſionem miraculoꝛum ꝛ pꝛodigioꝛuȝ hono
rat ipſos.Unde multa concedit interuen
tu ipſoꝛum que aliter non cōcederet.ſicut
patet de Moyſe quem deus exaudiuit oꝛā
tem pꝛo peccato populi ſui.ꝛ de chananea
cuius petitionem exaudiuit interceſſione
apoſtoloꝛum ſuoꝛum.In curia celeſti ſūt
duo libꝛi:ſ.liber vite in quo ſcribunť om
nes electi.ꝛ que circa ipſos occurrere pn̄t.
Et liber moꝛtis in quo ſcribuntur repꝛo
bi:ꝛ que circa ipſos contingere poſſunt.
Statuit deus pꝛecibus ſanctoꝛum ſuccur
rere caſibus humanis.Cui⁹ ſtatuti fidem
homines voto pꝛoteſtantur.cū aliquo ca
ſu aduerſo pꝛemūť ſe deuouēt alicui ſanc
toꝛum.Job.5° ca°.Voca ſi eſt qui tibi reſ
pondeat.ꝛ ad aliquem ſanctoꝛum conuer
tere munus aliquod in ſignū beneficii cō
penſando.iuxta illud.Mūera crede mihi
placant deoſq; hoīeſq;.Cū ſanctus ille cui
homo ſe deuouet acceptauerit Michaelem
interrogat ut videat ī libꝛo moꝛtis aut vi
te.quid deus circa deuouentem ſtatuerit.

UNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quo ꝯperto. ſupplicat diuine maieſtati ut ſui clientuli miſereat̃. ⁊ ſic ĩpetrat quod a deo expoſcit. ¶ 12° variatione. Nam ſiqs vouit ex duabus varijs cauſis. puta ire ad ſanctum Jacobum. quia credebat ibi ĩue- nire germanũ ſuum. ⁊ etiam ꝓpter redimẽ da peccata ſua. lʒ ſciat germanum ſuũ de- ceſſiſſe anteq̃ʒ iter arripiat. nihilominꝰ te- netur ire propter aliam cauſaʒ. ꝓpter quã intendit ſe obligare. aliter eſt in periculo. ¶ 13° conformatione. Nam ſiquis emiſit duo diuerſa uota quoꝝ utrũqʒ eſt cõpoſſi- bile. utrũqʒ debet ſeruare. niſi forte aucto- ritate ſuperioris utrũqʒ in aliquid meliꝰ cõ- mutetur. Si autem ambo uota ſint incõ- poſſibilia. puta q̃ ingrediatur religionem ⁊ q̃ ſeruiat tali hoſpitali. tũc debet ſeruarẽ qđ maius eſt ⁊ de minori ſcđm iudiciũ p̃la ti ſatiſfacere. ¶ 14° indignatione. Nam ſi quis ullo impetu paſſiõis ire aut vindicte aut odij uouerit aliquid noxium cõtra ca ritatem dei uel proximi. puta q̃ nõ porta- bit caputeum. uel non ſedebit ad menſam donec ulciſcatur de proximo. nõ debet ob- ſeruari. quia eſt uelut uotum amentis. ex- tra de regularibus. c. porrectum. ¶ 15° pe- grinatione. Nam pater moriens non põt iniũgere filio uotum peregrinandi. niſi fi- lius conſentiat ⁊ approbet. extra. de voto. c. licet. Si autẽ vult eſſe heres ⁊ hereditas hoc patiatur. ⁊ ipſe ſpõte vota patris ſuſ- cepit. tenetur adimplere. ſatiſfactionẽ aũt pecuniariam eidem poteſt iniungere. ex̃ de vſuris. c. tua. extra de ſolutionibus. c. p̃. Si autem non vult adire hereditatem. nõ te- netur. quia non eſt heres. Si võ promiſit tanq̃ʒ heres. ⁊ poſtea mutato cõſilio ab he reditate abſtineat. non tenetur. ex̃ de elec- tione. c. venerabilem. §. finali. ¶ 16° com- miſſione. Nam ſiquis fecit votum trãſma rinum. ⁊ impediatur morte uel aliquo im pedimento ſatiſfacere. cogitur alteri com mittere. ⁊ ſi nõ cõmittatur poſſunt here- des compelli ut uel ipſi compleant uł ſub ſidium ſeu expenſas quas teſtator uel ipĩ facturi eſſent exhibeant. Siquis autem vo uit nõ pro ſubſidio. ſed pro deuotiõe vidẽ di terram ſanctam. ſupueniente impedimẽ to. non tenet̃ ire nec mittere. ⁊ hrõnabili- ter. ¶ 17° prelatione. Nam epiſcopus ſine licentia pape non poteſt votum emittere per quod diſſoluatur vinculum quod ẽ in

ter ipſum ⁊ eccleſiam ſuam. extra de regu- laribus. c. lʒ. Etiam non poteſt vouere ali quid per quod graue p̃iudicium fiat eccle ſie. puta longam peregrinationem. Extra de voto. c. magne. Votum tamen abſtinẽ- tie ⁊ elemoſyne emittere. extra de teſtamẽ tis. c. relatum. §. licet autem. Argumentũ 8. q. i. c. clemens. Eodem modo de oratõe. ⁊ opere pietatis. ¶ 18° ſubiectiõe. Nã ſub- iectus volũtati ⁊ poteſtati alterius nõ po teſt ſe firmiter voto obligare. Quicũqʒ ãt eſt ſubiectus alteri non ẽ ſue poteſtatis q̃ tum ad id in quo ſubiectus eſt. ideo nõ po teſt ſe voto firmiter obligare ſine conſen- ſu ſuperioris. ſicut filiuſfamilias q̃tuʒ ad diſpenſationem domeſticam ſine conſen ſu patris. eodem modo nec filia. Si autem peruenit ad annos pubertatis. ⁊ ſit libere conditionis. cum ſit ſue poteſtatis q̃tum ad ea que pertinent ad ſuam perſonam. q̃ tum ad hoc vouere poteſt. puta religionẽ uel matrimonium. uel aliquid huiuſmõi. ¶ 19° gubernatione. Nam pueri ante an- nos pubertatis nõ poſſunt vouere. dupli- citer. Primo quia ut cõiter patiuntur rõ- nis defectum. licet in quibuſdam accelere tur. 2° quia ſunt in gubernatione ⁊ ptãte parentum uel tutorum qui ſunt eis loco parentum. ideo ipſorum uota non habẽt effectum. 22. q. 5. c. pueri. Et. 20. q. 2. c. pu ella ⁊c. ¶ 20. obſeruatione. Nam ſeruꝰ cũ ſit in poteſtate domini etiam q̃tum ad p- ſonales operationes nõ poteſt ſe voto ob ligare ad aliquid per quod ab obſequio dñi abſtraheretur. puta ad religionem uel pe- regrinationem. ⁊ ſimilia. ¶ 21° religatiõe Nam religioſus cum ſit omnino ſubditus poteſtati prelati per obedientiaʒ. nihil po teſt firmiter vouere ſine conſenſu prelati. Et ſi vouerit non debet exequi ſine licẽtia prelati. ne alij ſcandaliçentur ſuper eum. ſi excedat eorum conſuetudines. ⁊ ne de- tur alijs occaſio euagandi. 20. q. 4. ca° mo nachum. §. verum ⁊c. ¶ 22° miniſtratio- ne. Nam clericus qui habet miniſtrare in eccleſia ſua. non poteſt quicq̃ʒ vouere per quod oporteat ipſum relinquere eccleſiaʒ ſuam. puta peregrinationem ſine licentia prelati ſui. Extra de renunciationibus. c. Admonet. Vota vero religionis. ⁊ carita- tis. abſtinentie. oratiõis. ⁊ huiuſmõi. põt emittere. etiã ſine licentia ſui ſuperioꝝ ⁊c.

¶ 23° copulatiõe. Nam vxor nihil vouere põt qđ vergat in ſcandalũ ⁊ p̃iudiciũ viri puta abſtinentiã. pegrinationẽ. continen tiam. ſurgere ad matutinas. ⁊ hꝰ. Opa aũt pietatis de bonis ſuis pafernalibꝰ ⁊ aliquã orationẽ vouere põt. nec maritꝰ talia vo- ta irritare põt. Non tñ debet vxor vouere q̃ non petet debitum. quia hoc eſſet offer- re ſacrificium de alieno. nec q̃ non adulte- rabit. quia ad hoc đ iure obligat̃. ¶ 24° re uocatione. Nam ſi ꝯiũx dedit licentiã alte ri coniugi ut voueat caſtitatẽ expreſſe con ſentiendo. non poteſt votũ a cõiuge emiſ- ſum reuocare. 33. q. 5. §. finali. Ille aũt q de- dit licentiam vouendi. ſi ipſe nõ vouit. nõ impeditur exigere debitum. Argumentũ. extra de conuerſione coniugatoꝝ. c. p̃. Si aũt vir ad tempus diſſimulat vxoris votũ dentum habita deliberatione reuocat. mu lier non tenetur implere. Alia võ vxoris vo ta in quibus requiritur cõſenſus viri etiã poſtq̃ʒ conſenſit poteſt vir reuocare lʒ pec cet reuocando. 33. q. 5. c. manifeſtum. ¶ 25 perficatione. Nam ſi ambo coniuges pari conſenſu vouerunt in domo continentiam ⁊ maritus velit frangere. ipſa inſtanter de bet perſeuerare in voto quod fecit. 33. q. 5 c. quod deo. Non tamen alter ſine alteriuſ licentia religionem intrare ꝓpter hoc. ¶ 26° perfectione. Nam in votis perficiẽdiſ uel dimittendis vir ⁊ vxor ad paria iudi- cantur precipue in voto continentie. 32. q i. c. quiſquis vxorem. Quo ad votũ abſti- nentie poteſt vir facere votum inuita vxo re. niſi ex hoc fieret vxori preiudiciũ in de- bito reddendo. 32. q. 5. c. precepit. ⁊ c. xp̃ia ni. Sed in voto peregrinationis neuter cõ iugum poteſt altero inuito ſe obligare. 27 q. 2. c. quod tu. Et ſi aliquando conſentit. poteſt reuocare. licet peccet quantum ad modicam peregrinationem. In voto autẽ hieroſolimitano quod fit in fauorem ter- re ſancte ⁊ defenſioneʒ fidei xp̃iane. poteſt uir ſine licentia vxoris uotũ emittere ⁊ im plere. vxor tamen debet conſentire. extra de uoto. c. ex multa. uel ſequatur uirũ. ibi- dem. q̃ ſuper. ¶ 27° ordinatione. Nam ſi maritus accipit ordinem ſacrũ in quo uo- uet continentiam. inuita uel neſciente vx ore. mortaliter peccat. ſed non fit propter hoc preiudicium uxori. quia tenebitur ei ad redditionem debiti. licet non poſſit exi

gere. diſ. 28. c. diaconi. 27. q. 2. c. multorũ etiam ſi ſit factus epiſcopus uel religioſus. ſi illa non poteſt induci ad continentiam. unde debet reſtitui uxori. nec debet defer re coronam nec habitum clericalem cũ ſcã dalo uxoris. Si uero poteſt ſine ſcandalo uxoris. tenetur deferre. Mortua iſta. cum alia non poteſt contrahere. ¶ 28° religio- ne. Nam alter coniugum ante carnalẽ co- pulam poteſt ingredi religionem altero in uito. extra de conuerſione coniugatorum c. uerum. ⁊ c. ex publico. Poſt carnalẽ ue- ro copulam ſi uir uult intrare religioneʒ. tunc uxor uel intret religionem uel ꝓmit- tat perpetuam continentiam in ſeculo. ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia. extra de conuerſione coniugatorum. c. cum ſis per ditus. ⁊ c. vxoratus. Idem eſt de vxore vo lente ingredi religionem. ¶ 29° recluſiõe. Nam alter coniugum non poteſt etiã an te carnalem copulam tranſire ad heremũ uel recluſorium. uel vouere ĩ domo perpe- tuam continentiam. niſi obliget ſe ad ob- ſeruantiam regularem ⁊ ad illa tria vota. que ſunt in qualibet religione. ſ. obedien- tiam. paupertatem. ⁊ caſtitatem. Argumẽ tum extra de conuerſione coniugatorum. c. ex parte. in fine. ¶ 30. ratificatione. Naʒ ſi vxor dedit viro licentiam intrandi reli- gionem. vi uel metu qui caderet in cõſtan tem uirum. puta per uerbera ⁊ flagella. nõ teriet talis licẽtia. 33. q. 5. ca° notificaſti. ni ſi forte poſt tempus ipſa ratificet. Extra q clerici uel vouentes. c. inſinuãte. Idem eſt de volente ordinari. ¶ 31° commutatione. Nam votum continentie ſolemne non po teſt commutari. Eccleſiaſtici. 26° ca° Non eſt equa ponderatio anime continentis. quia non poteſt aliquid melius inueniri ĩ quod fiat commutatio. Votum autem cõ tinentie ſimplex impedit matrimonium contrahendum. ſed nõ dirimit contractũ. extra de voto ca° quod votum. libro ſexto Si perſona que fecit tale uotum ſimplex. querit an poſſit contrahere. dicitur q̃ nõ. Si ulterius querat. ſi contraxero. nũquid tenebit matrimonium. non debet reſpon- deri. aliter mortaliter peccat. quia dat oc- caſionẽ peccãdi mortaliter. Quãdo aliud imponitur pro voto dicitur ꝯmutatio ⁊c. ¶ 32° diſpenſatione. Nam in uotis diſpen ſat epiſcopus dyoceſanus. Extra de uoto.

e.p̊.Exceptis quatuoꝛ ī qbus ſolus papa
diſpenſat.de cōi conſuetudine curie.ſ.vo
tum continentie.votū terre ſancte.limīa
aploꜝ Rome.ꝛ beati Jacobi in cōpoſtella
¶ 33° ꝯuerſione.Nam ſiquis vouit ieiuniū
ꝛ mendicans non inuenit vna hoꝛa q̄ꝫtu꜒
ſibi ſufficiat.debet cū eo diſpenſari.etiam
ſi vouit abſtinentiā a vino ꝛ carnibus.ꝛ ī
currit lāgoꝛē ꝛc. ¶ 34° ꝯſideratione.Nā
ꝑlatus qui diſpenſat in voto uel ꝯmutat
debet cōſiderare facultatē vouentis et ex
pēſas quas facturꝰ erat ſi votū cōpleuiſſet
ꝛ laboꝛem.ꝛ ſimilia.ꝛ in vſus pios ꝯuertē
extra de voto.c.p̊.ꝛ.c.ſcripture.Sed ī vo
to hieroſolimitano oīa ſine diminutione
mittantur.extra de voto.c.magne. ¶ 35°
collatione.Nam ſiqs vouit aliqd offerre
tali eccleſie.non ē neceſſe mittere oblatio
nem niſi de honeſtate.quia non eſt illi ec
cleſie acqſitū aliqđ ius.cū illa eccleſia non
acqſierit aliquā actionē ꝑ donationem uł
ſtipulatam ꝓmiſſionē.nec ſe obligauit ta
liter vouens alicui ſed tm̄ deo.fiat tn̄ auc
toꝛitate ſuꝑioꝛis. ¶ 36° celebꝛatione.Na꜒
ſiquis vouit celebꝛare diē ſabbati ob reue
rentiā beate virgīs.feſtando uel ieiunare
vigiliā alicꝰ ſcī.aut feſtare diē ipſiꝰ obſer
uet.nec q̄rat cōmutatiō꜒ niſi ꝓ magna cā.
¶ 37° ſuſceptione.Nā ſiqs ſuſcepit votu꜒
ꝓ patre ꝛ matre.liberatur ꝑ ingreſſum re
ligiōis.quia ex quo īgreſſus ſufficit pꝛo ſe
ſufficit etiā ꝓ patre uel matre q̄uis ī īgreſ
ſu nihil de hoc intendat. ¶ 38° ſolutione.
Nā ſiqs vouit ſoluere magnā quantitatē
pecunie in ſubſidiū terre ſancte.l꜒ ꝑ īgreſ
ſum religionis abſoluatur a laboꝛe eundi
uel mittendi.non tn̄ quo ad pecuniā quā
vouit.niſi per papam cum eo diſpenſetur
Si autem conſtructionem eccleſie uł alta
ris vouiſſet.per ingreſſum religionis ab
ſoluitur ꝛc. ¶ 39° abſolutione. Nam om
ne votum abſoluitur per ingreſſum reli
onis.quia cum obedientia ſit maximū vo
toꝛum.ſufficientiſſime pꝛo omni voto re
cōpenſat.extra de regularibus.c.ſane.19.
q.2.c.due.ex̄ de voto.c.ſcripture. ¶ 40.
cōpenſatione.Nam pꝛelatꝰ pꝛo libito ſuo
non poteſt in votis diſpenſare.quia ſicut
non poteſt pꝛecipere malum.ita non pōt
impedire bonu꜒.ſ.opera virtutis.Sed de
bet iudicare ꝛ cōpenſare quid ſit melius ꝛ
deo acceptius.Unde in manifeſtis bōis di

ſpenſatio pꝛelati non excuſat a culpa.pu
ta ſi diſpenſaret cū aliquo ſuper voto de i
greſſu religionis.nulla apparente cā.Und
non appꝛobo vota quoꝛundam dicentiu꜒.
ego voui filium meum tali religiōi ſi ſibi
placuerit cum ad annos diſcretionis ꝑue
nerit.neutru꜒ eoꜝ puto ſaluari niſi votū
ꝑſoluant.p̊s.Uota mea reddam in conſpe
ctu timentium deū. ¶ Poſt hanc declara
tione꜒ dixit ſcūs Thoās aīe deuote. O aīa
ſimplex iam potes intelligere neceſſitatē ꝛ
meritum voti.Ne tamen Belial gloꝛiet̄ i
argutijs ſuis.docebo te quo pacto illi reſ
pondeas. ¶ Ad pꝛimum dic ꝙ auctoꝛitas
Pꝛoſperi intelligitur de neceſſitate coacti
onis que inuolūtariū cauſat ꝛ deuotionē
excludit.ideo ſignāter dicit.ne non iā de
uoti ſed inuiti rem voluntariam faciamꝰ
Neceſſitas autem voti eſt ꝑ īmutabilita
tem voluntatis.vnde ꝛ voluntatem ꝯſer
uat ꝛ deuotionem auget. ¶ Ad ſecūdum
dic ꝙ neceſſitas coactionis inq̄ꝫtum ē con
traria volūtati.triſticiā cāt ſcđm pħm.ne
ceſſitas aūt voti in his qui ſūt bene diſpo
ſiti inq̄ꝫtū voluntatē in bono ꝯfirmat.nō
cauſat triſticiā ſed gaudiū.Si tn̄ ipſū opꝰ
ſcđm ſe conſideratū triſte ꝛ inuoluntariū
redderet̄ poſt votū dūmodo remaneat vo
lūtas votū adimplēdi.adhuc ē magis me
ritoꝛiū q̄ꝫ ſi fieret ſine voto.qa īpletio vo
ti ē actus religionis que ē potioꝛ virtuſ q̄ꝫ
abſtinētia cuiꝰ actus ē ieiunare. ¶ Ad ter
tiū dic ꝙ ille q facit aliqd ſine voto habet
īmobilē volūtatē reſpectu illiꝰ operis ſin
gularis qđ facit.ꝛ tūc qn̄ facit.non autem
manet voluntas eius omnino firmata in
futuꜝ.ſicut vouentis qui ſuam volūtatē
obligauit ad aliquid faciendū etiā anteq̄ꝫ
faceret illud ſingulare opus.ꝛ foꝛtaſſe ad
pluries faciendū. ¶ Ad quartū dic ꝙ ma
ceratio pꝛopꝛij coꝛpoꝛis puta per vigilias
ꝛ ieiunia non ē deo accepta niſi inquantū
eſt opus virtutis.ſ.ut cōcupiſcentia refre
netur ꝛ natura non nimis grauetur.ꝛ ſic
poteſt cadere ſub voto.Ro.12° ca°.Exhibe
atis coꝛpoꝛa veſtra hoſtiam viuentē.ſan
ctam.deo placentem.rationabile obſeqū
veſtruꜝ.Uota vō que ſūt de rebus vanis ꝛ ī
utilibus ſunt magis deridenda q̄ꝫ ſeruan
da. ¶ Tunc aīa grās agens deo ꝛ ſuis do
cto꜠ibus abijt domū in pace.Amen.

¶ Feria ſecunda dn̄ice de Paſſione.
Sermo.34ꝰ de Satiſfactione pnīe.

# Uos non po

teſtis venire.Joh̄.7° ca°. Ho
die aīa ſimplex fidelis ꝛ de
uota ſaluti ſue intēta acceſ
ſit ad eccleſiā.ꝛ audiens miſ
ſam tā ex lectōe ꝓphie Jone.3° ca° q̄ꝫ ex euā
gelio aduertit vnā ꝯcłonē valde nōbilē.ſ.
Uerꝰ penitēs deo ſatiſfacere nō pōt ſcđm
eq̄tatē ꝑ opa ab ipſo facta ex̄ caritatē.Re
ſponſio iſtiꝰ ꝯcłonis ē iſta.Nā hō eſt debi
toꝛ deo dupłr.Uno mō rōne bn̄ficij accep
ti.ꝛ ſic grāꜝ actio uel latria ē debitū reſpe
ctu bn̄ficij accepti a deo.Alio mō rōe pctī
ꝯmiſſi ꝛ ſic ſatiſfactio ē debitū reſpcū pctī
ꝯmiſſi.Sed ī his honoꝛibꝰ q ſūt ad deum ꝛ
ad ꝑentes īpoſſibile ē reddē equalēs ſcđm
quātitatē ut dīc pħs.ſufficit aūt ſi hō red
dat qđ pōt.cū amicitia nō exigat equalēſ
ſed qđ poſſibile ē.ꝛ h̄ ē eq̄le ſcđm ꝓpoꝛcio
nalitatē.qa ſicut ſe h꜒ h̄ qđ ē debitum deo
ad ipm̄ deū ita h̄ qđ ille hō pōt reddere ad
eū.ꝛ ſic aliq̊ mō foꝛma iuſticie ꝯſeruatur.
ꝛ ſilr ē aliq̊ mō ex ꝑte ſatiſfactiōis.Un̄ nō
pōt hō ſatiſfacere ſcđm eq̄litatē quātitatꝭ
ſed ſcđm eq̄litatē ꝓpoꝛciōis.ꝛ ſicut h̄ ſuf
ficit ad rōnē iuſticie.ita ſufficit ad rōnē ſa
tiſfactiōis.Et qa ī ſatiſfactiōe o꜒ ꝙ aīcitia
reſtituat̄.q̄ reſtituta iuſticie eq̄litas hēat̄
cuiꝰ ꝯriū ſoluit amicitiā.ut dr̄ 9° ethicoꜝ
Eq̄litas aūt ī ſatiſfactiōe ad deū nō ē ſcđ꜒
equalentiā ſed magꝭ ſcđm acceptationem
ipſiꝰ.iō o꜒ ꝙ ſi offenſa ſit iā dimiſſa ꝑ ꝯtri
tionē ꝑcedentē ꝙ opa ſatiſfactoꝛia ſint đo
accepta ꝑ caritatē.vn̄ opa fcā ſine caritate
nō ſūt deo ſatiſfactoꝛia.ꝓ°.x° ca°.Uniuer
ſa delicta opit caritas.Satiſfactiōis aute꜒
v̊tus ē delere delicta.g̊ ſine caritate non h꜒
ſuā v̊tutē. ¶ Sciendū ꝙ cū deꝰ ſit magꝭ mi
ſericoꝛs q̄ꝫ hō.nihil ꝑcipit deꝰ ꝙ ſit hōi im
poſſibile.Un̄ Jeroꝰ dīc ꝙ q dicit deū aliqd
īpoſſibile ꝑcepiſſe anathema ſit.Pꝛecepit
aūt deus ſatiſfactionē dicēs Lu.3° ca°.Faci
te fructꝰ dignos pnīe.iō hō pctōꝛ poteſt ꝑ
pnīam deo ſatiſfacē.ſatiſfactio.n.ē penam
culpe adeq̄re.qa ē q̄dā īiurie illate recōpē
ſatio.Uident̄ aūt q̄tuoꝛ obſtare ſatiſfacti
oni q tn̄ nō obſtāt. ¶ Pꝛimū ē offenſe īfi
nitas.Nā offenſa in deū ꝯmiſſa eſt īfinita
qa q̄ntitatē recipit ab eo ꝯ quē ꝯmittitur
cū plus offendat q ꝑncipē ꝑcutit q̄ꝫ alium
quēcūq̄ꝫ.ſatiſfactio aūt hoīs ē ſolū finita.
Sed iſtud nō obſtat.qa ſicut offenſa hab꜒
quandā infinitatē ex infinitate dīne ma
ieſtatis.ita ſatiſfactio h꜒ q̄ndā infinitate꜒
ex infinitate dīne mīe.ꝓut ē grā īfoꝛmata
ꝑ quā reddit̄ acceptu꜒ qđ hō reddere pōt.
¶ Secūdū ē ſeruitutis indignitas.quia.n.
ſeruꝰ totū quod h꜒ dn̄i ē.iō non pōt aliqd
dn̄o recōpenſare.nos aūt ſerui dei ſumus.
ꝛ quicqd boni hēmus ab ipō ē.cū g̊ ſatiſfa
ctio ſit recōpenſatio offenſe ꝑterite.videt̄
ꝙ deo ꝓ culpis nr̄is ſatiſfacere nō poſſumꝰ
Sed illud non obſtat.qa hō q ad imaginē
dei factus ē aliqd libertatis ꝑticipat inq̄n
tū ē dn̄s ſuoꜝ actuū ꝑ libertatē arbitrij.ꝛ
iō ex h̄ ꝙ ꝑ libeꜝ arbitriū agit.deo ſatiſfa
cere pōt.ꝛ q̄uis dei ſit ꝓut ē a deo ſibi con
ceſſū.tn̄ libere traditū ē ut eius dn̄s ſit.qđ
ſeruo non cōpetit. Tertiū eſt ſolutionis
īpoſſibilitas.Nam ille cuius totum quod
habet non ſufficit ad vnū debitū exſoluē
dum non pōt ꝓ alio debito ſatiſfacere.ſed
qcqd hō ē ꝛ pōt ꝛ habet nō ſufficit ad ſol
uendū debitū creatōis.Jſa.15° ca°.Ligna li
bani nō ſufficiūt ad holocauſtū.Sed illud
nō obſtat.qa deo equalens reddi non pōt
l꜒ ſatiſfactio ſufficiens fieri poſſit.Quis.n
hō totū poſſe ſuū debeat deo.nō tamē deꝰ
exigit ab eo ut totū poſſe ſuū ī aliqd vnū
expēdat.cū ipm̄ opoꝛteat circa multa ſolli
citū eē.ſed ē q̄dā menſura hōi adhibita q̄
ab eo reqritur.ſ.impletio mandatoꜝ dei.
tn̄ ſuꝑ ea pōt aliqd erogare ut ſatiſfaciat.
Licet.n.ſatiſfacere ſit debitū in ſe tn̄ ſatiſ
faciens inq̄ꝫtū voluntarie hoc opus exeq̄t̄
rōnē gratuiti accipit ex ꝑte operantꝭ.ꝛ ſic
opans facit de nccītate v̊tutē.Ex h̄.n.di
minuit̄ meritū.qa nccītatē īpoꝛtat q̄ vo
lūtati ꝯriat̄.Un̄ ſi volūtas nccītati aſſen
tiat.rō meriti nō tolletur ab eo qui facit.
Quartū ē tpis oppoꝛtūitas.qa.n.hō totū
tp̄s ſuū d꜒ in dei ſeruitio expēdere.tēpus
aūt amiſſū nō pōt recuꝑari.ꝑꝑ qđ grauis
ē iactura tpis ut Sen̄.dīc.iō nō pōt hō re
cōpenſationē facē de tꝑe.Sed illud nō ob
ſtat.qm̄ l꜒ hō nō poſſit tp̄s ꝑteritū recupe
rare.pōt tn̄ in futuro recōpenſare illđ qđ
in ꝑterito facere debuiſſet.qa nō debuit đ
bito ꝑcepti totū qđ potuit.Jn ſatiſfactōe
ſiquidē ꝑncipalius reqritur emēdatio in

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſutuꝝ q̄ꝫ recōpenſatio p̄teritoꝝ. Vñ Augꝰ
dicit. Satiſfactio ē pctōꝝ cās excidē. ⁊ eoꝝ
ſuggeſtionibꝰ aditū non indulgere. ğ ⁊c.
¶ His intellectis aīa exiuit ab eccleſia. va
dens domū cū ꝓpoſito ſatiſfaciendi deo ꝓ
peccatis ſuis. Et ecce Belial intendēs eam
ab h̾ ꝓpoſito reuocare. ait. O aīa ſimplex
q̄ꝫ facile decipis tā leuiter credendo. Volo
tibi oñdere q̄ aliqs exiſtens extra caritatē
pōt ſatiſfacere deo ꝓ peccatis ſuis. ¶ p̄ ſic
Dixit Daniel Nabuchodonoſoꝛ regi Dañ
4° ca°. Pctā tua elemoſynis redime. ſed ip̄e
adhuc peccatoꝛ erat. ut ſequēs pena demō
ſtrat. ğ exiſtens in pctō poteſt ſatiſfacere.
¶ 2° ſic. Nemo ſcit vtꝝ odio uel amoꝛe di
gnus ſit. Eccl. 9° ca°. ſi ğ ſatiſfactio non pōt
fieri niſi ab eo q ē in caritate. tūc nullꝰ ſci-
ret ſe ſatiſfeciſſe. qđ ē incōueniēs. ¶ 3° ſic.
Ex intentiōe quā hō hꝫ in p̄ncipio actꝰ to-
tus actꝰ infoꝛmat̃. ſed penitēs q̄n pnīam i
choat in caritate erat. ğ tota ſatiſfactio ſe
quēs ex illa caritate ītentionē eiꝰ infoꝛmā
te efficatiā hēbit. ¶ 4° ſic. Satiſfactio ꝯſi-
ſtit in q̄dā adeq̄tiōe pene ad culpā. ſed tal̃
adequatio pene pōt fieri etiā ab eo q cari-
tatē nō hꝫ. ğ ⁊c. ¶ Aīa vō abijt triſtis que
rēs ⁊ ꝯſulēs legis doctoꝛes. Cui mox obui
auit Moyſes. a q̄ cū cognouiſſet cās meſti-
cie ſue ait. Ego oñdā tibi ꝯclōnē tuam eſſe
verā teſtimonio legis quadruplicis.

¶ Leg̃ Naturalis.
¶ Leg̃ Diuinalis.
¶ Leg̃ Prophalis.
¶ Leg̃ Humanalis.

Rimo te-
monio leg̃-

Nālis. ⁊ h̾ q̄drupli
citer. ſ. p rōes nāles
p phos moꝛales. p
poetas. p exēpla gē
tiliū. ¶ Quātū ad
rōnes nāles. Scien-
dū q̄ caritas ē nccīa ad ſatiſfactionē q̄dru
pliciter. ¶ p̄ q̄a nō poteſt ſatiſfieri de vno
pctō ſine alio. Cū. n. p ſatiſfactionem debe
at tolli offenſa p̄cedēs. oꝫ q̄ modꝰ ſatiſfac-
tiōis ſit tal̃ ut ꝯpetat ad offenſam tollēdā
offenſe aūt ablatio ē aīcitie reſtitutio. iō
ſi aliq̄d ſit q̄ aīcitie reſtōnē īpediat. etiam
apud hoīes ſatiſfactio eē nō pōt. Cū ğ qđ
libet pctm̄ amicitiā caritatis īpediat q̄ eſt
hoīs ad deū. īpoſſibile ē q hō de vno pctō
ſine alio ſatiſfaciat. ſicut nec hō ſatiſfacēt
q ꝓ alapa ſibi data ſe ei ꝓſterneret ⁊ aliam
ſil daret. ¶ 2° q̄a integre nō ſatiſfit. q̄ eni
hō recipiat ſolutionē vniꝰ debiti ſine alio.
ꝯtingit ex h̾ q̄ i obligatōe debiti nō ē niſi
ineq̄litas iuſticie oppoſita cū vnꝰ rē alteriꝰ

hēat. iō ad reſtōnē nō exigit̃ niſi q̄ reſtitu
at̃ eq̄litas iuſticie. qđ q̄dē pōt fieri de vno
debito ⁊ nō de alio. Sed vbi ē offenſa ibi ē
inequalitas nō tm̄ iuſticie oppoſita ſed ēt
amicitie. ⁊ iō ad h̾ q̄ p ſatiſfactionē offen-
ſa tollat̃. nō ſolū oꝫ q̄ equalitas iuſticie re
ſtituat̃ p ꝯpenſationē eq̄lis pene. ſed etiaꝫ
q̄ reſtituat̃ amicitie eq̄litas. qđ nō pōt fie
ri dū aliq̄d ſupeſt qđ amicitiā īpedit. ¶ 3°
q̄a gratia aufert. Satiſfactio. n. ē medicīa
curās pctā p̄terita ⁊ p̄ſeruās a futuris. q̄a
ſcđm phm 2° ethicoꝝ pene medicine ſunt
pctā aūt nō pñt ſine grā curari. cū ğ q̄dli-
bet pctm̄ gratiā auferat. vñ ieiuniū eoꝝ q
ad ꝯtētiones ⁊ lites ieiunabāt nō erat deo
acceptū. Iſa. 58° ca°. Grā autē caritatē ſecū
adducit. iō ſine caritate ſatiſfactio eē non
pōt. Vñ poſt q̄ꝫ oīa pctā alicui p ꝯtritionē
remiſſa ſūt. ſi añ ſatiſfactionē pactā ī pec
catū moꝛtale decidat. ⁊ in pctō exñs ſatiſ-
faciat. talis ſatiſfactio ei nō valet ad vitaꝫ
eternā. īmo ſi ī pctō moꝛeret̃ de illis pctis
in inferno puniret̃. ¶ 4° q̄a ſatiſfactio ex
caritatē nō ē vera ſatiſfactio. Nā opa fcā
in caritate q̄ dicūt̃ viua ſūt meritoꝛia vite
eterne. ⁊ ſatiſfactoꝛia reſpcū pene dimittē
de. ſed opa fcā extra caritatē nō viuificāt̃
p caritatē ſequentē. nec quātū ad meritū
vite eterne. nec q̄ꝫtum ad hoc q̄ ſint ſatiſfa
ctoꝛia. q̄a neutro mō ſūt deo grata. ſi tam̄
ſeq̄ret̃ ꝯtritio q̄nto fuit maioꝛ ꝯtritio tā-
to magis diminuit̃ de pena. ⁊ q̄nto qs plā
bona facit etiā in pctō exñs. tāto magis ſe
ad grām contritiōis diſponit. vñ minoꝛis
pene fit debitoꝛ. iō ſacerdos debet diſcrete
ꝯputare ut ei miōꝛē pnīam iniūgat in q̄ꝫtū
īuenit eū melius diſpoſitū. q̄a ſtatim poſt
pctm̄ cōtritꝰ fuit ⁊ fecit multa bona āteq̄
ꝯfiteret̃. Non ē. n. ſil̃e de eo q ficte accedit
ad baptiſmū. ⁊ q ī pctō ſatiſfacit. q̄a bapti
ſmus ex ip̄o ope opato iuſtificat. qđ ē dei.
ſatiſfactio aūt ex opante quod eſt ipſe hō
¶ Q̄tum ad phos moꝛales. Sciendū q̄ 4.
ſunt que impediūt veram ſatiſfactionem.
¶ p̄ iniq̄tatis multiplicatio. Vñ Tulliꝰ li.
3° de tuſculanis q̄ōnibꝰ. dicit ſic. Nā q̄dem
nobis puulos dedit igniculos. q̄s celeriter
malis moꝛibꝰ opīonibuſq̄ dep̄uatis ſic re-
ſtringimꝰ ut nuſq̄ꝫ nāe lum̄ appareat. Sūt
n. īgenijs nr̃is ſemīa īnata v̄tutū. q̄ ſi ado
leſcē liceret. etiā ip̄a nos ad beatā vitā nā
p̄duceret. Nūc aūt ſimul ut editi in lucem

⁊ ſuſcepti ſumꝰ ī oī ꝯtinuo p̄uitate ⁊ opīo
nū puerſitate verſamur. ut pene cū lacte
nutricꝭ erroꝛē ſuxiſſe videamur. h̾ ille. Ta
lis. n. erroꝛ aufert ab hoīe libertateꝫ recte
viuēdi. Vñ li° de padoxis dicit ſic. Omnis
ſapiens liber. oīs ſtultus ſeruꝰ. Quid ē li
bertas? Ptās viuendi ut uelis. Quis aūt
viuit ut vult? Qui recte viuit. qui gaudet
officio. q nec legibus q̄dē ꝓpter metū parꝫ
ſed eas ſeq̄t̃ ⁊ colit. q nihil facit. nihil dicit
nihil cogitat. niſi libēter ac libere. Soli igi
tur ſapiēti ꝯuenit ut nihil faciat īuitꝰ. ni
hil dolēs. nihil coactꝰ. Cū ſeruitꝰ ſit fracti
aīatq̄ꝫ abiecti obediētia. ⁊ arbitrio ſuo vi
uentꝭ q neget oēs leues oēſq̄ꝫ īꝓbos eē ſer-
uos? Nūq̄d ille liber ē. cui mulier īpat. cui
leges īponit. p̄ſcribit. iubet. veta. qđ ei iūt
nec ille īperāti aliq̄d negare pōt vel audet
recuſare? Ego iſtū nō mō ſeruū. ſed etiam
nequiſſimū ſeruū appellandū puto. lꝫ am-
pliſſima familia natꝰ ſit. Oīs aī debilitas
⁊ fracta timiditas ſeruitꝰ eſt. O q te btm̄
q te floꝛentē putas. te miſeria. te erūpne
p̄mūt. te tue libidines toꝛquēt tu die noc
tuq̄ꝫ cruciaris. cui nec ſatis ē qđ eſt. ⁊ idip
ſum ne ñ diu futuꝝ ſit times. Te ꝯſcientie
ſtimulāt maleficioꝝ tuoꝝ. Te metꝰ exagi
tant iudicioꝝ atq̄ꝫ legū. Cui libere īpabit
q nō pōt ſuis cupiditatibꝰ impare? Refre
net p̄mū libidines. ſpnat voluptates. ira-
cundiā teneat. auariciā coherceat. ceteras
animi labes repellat. tūcq̄ꝫ īcipiat impare
cū ip̄e īꝓbiſſimis dñis dedecoꝛi ac turpitu
dini parere deſerit. h̾ ille. ¶ 2° voluptatis
īcitatio. Eſt. n. voluptas cū lubꝛica ſuaui-
tate quadā ad illicita fede mentꝭ īclinatio.
vnde Lactantius li° de falſa ſapiētia dicit
Voluptas eſt que a cunctis appetit̃. ſed ho
neſti vim ñ hꝫ. ⁊ ſacietatē aufert. ⁊ nimia
nocet. ⁊ ꝓceſſu etatis minuit̃. ⁊ multis nō
ꝯtingit. Et li° de v̄o cultu dicit. Illecebꝛe
voluptatū arma ſūt illiꝰ cuiꝰ vnū opus eſt
expugnare virtutē. Scit. n. q̄a moꝛtꝭ fabꝛi-
catrix eſt uoluptas. h̾ ille. Nā ſtoyci ꝯ eos
q virtutes appetendas ꝓpter voluptatem
dicūt. pingunt quandā tabulā ī qua volu
ptas in ſede regali q̄ſi delicata q̄daꝫ regīa
cōſidet. eiq̄ꝫ virtutes fāule ſubiciunt̃ ut fa
ciāt qđ illa īpauerit. Iubetq̄ꝫ prudentie ut
vigilāter inquirat quō voluptas regnet.
⁊ ſalua ſit. Iuſticie. ut p̄ſtet bñficia q̄ pōt
ad ꝯpandas amicitias coꝛpalibꝰ cōmodis

nccīas nll̃i faciat īiuriā ne offenſis legibuſ
voluptas ſecura viuere ñ poſſit. Foꝛtitu-
dini iubet ut ſi dolor corpi acciderit qui ñ
ꝯpella in moꝛtē. tenꝫ dñam. ſ. voluptatem
foꝛtiter ī animi cogitatiōe. Tempantie vt
tm̄ capiat alimētoꝝ uel alioꝝ delectabiliū
ut voluptas nō ipediat̃. ¶ 3° incoꝛrigibili
tatis obſtinatio. vñ Socrates dic ſic. Qui
multaꝝ reꝝ ptātem hꝫ. p̄mum purgare cō
ſciam debet ut q delicta coꝛrigit nō admi
tat. Stultū eſt ut impare qs velit. cum ſi-
bi ip̄e ipare nō poſſit. ¶ 4° puſillamitatis
fractio. Vñ Sen. li° de quatuoꝛ virtutibus
dicit. Timidū nō facit aīuꝫ niſi rep̄henſi-
bilis vite ꝯſcīa. Et Iuliꝰ celſꝰ li° 4°. Terroꝛ
hoībus ꝯſiliū menteq̄ꝫ eripit ⁊ menbꝛa de
bilitat. h̾ ille. Sic ğ ſatiſfactio impeditur.
¶ Q̄tum ad poetas. ſciendū q̄ ſatiſfactio
ut ē virtus iuſticie dꝫ eē volūtaria ⁊ ñ co-
acta. pꝫ q̄druplr̃. ¶ p̄ Ouidiꝰ li de pōto di
cit Sponte ſua ꝓbitas officiūq̄ꝫ iuuat. Si
deſint vires tūc ē laudāda volūtas. Et li°
2° de remedio amoꝛis dicit. Frigoꝛe ſoles
ſole iuuāt umbꝛe Grata fit vnda ſiti Et q̄
nō ꝓſūt ſingula mlt̃a iuuāt. ꝓpterea ꝯclu
dit li. de pōto ſic. Leta quidē letus cecini.
cano triſtia triſtis. Conueniēs opi tempꝰ
utrūq̄ꝫ ſuū eſt. ¶ 2° Oratius li. epl̃aꝝ dic
Oderūt peccare bōi virtutis amoꝛe. Ode
runt peccare mali foꝛmidine pene. ¶ Ter
tio Maximianꝰ dic Deſerti vitijs fugit īdi
gnata voluptas. Nec qđ ñ poſſū. nō volu
iſſe meū eſt. interdū trahimur vitijſ trahi
murq̄ꝫ nolētes. ⁊ qđ ñ cupiūt pectoꝛa bru
ta uolunt ⁊c. ¶ 4° ꝓſp li. epigramatū di
cit. Celeſtē ad p̄riam xp̄o redimēte voca-
tus vitā labētꝭ tpis hoſpes agit. Dūq̄ꝫ ad ꝓ
miſſam regem p nō ſua tēdit. mūdane pa
tit̃ multa picula vie Que nunc obſeſſa ad
uerſis nūc plēa ſcđis. aut frāgit trepidos
obligat aut dubios. Inter q̄s laq̄os currē-
tem ad gaudia vera. Nō capiet mūdꝰ cui
via mūdꝰ erit Non placeat vani ſaīuꝫ ſub
uertere rebꝰ. Peſtiferiſq̄ꝫ auidā mentē ho
noꝛare cibis. Coꝛ mundū ⁊ ſapiēſ fructu v̄
tutꝭ alat̃. Et xp̄i ī nr̃o pectoꝛe regnꝫ amoꝛ
Quiq̄ꝫ ip̄m multa cū maieſtate tremendū
Expectēt pingui lāpade p vigiles His ſoꝛ
dent terrena. patent celeſtia nec ſe. Capti
uos ſeruos tpis hꝰ agunt. Impia ⁊ faces ī
docti mūera uulgi. Quaſq̄ꝫ oꝛbis ſceleꝝ ſe
mina ſerit opes Calcarunt. ſancta celum



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ambitione petentes. Querere nil cupiunt ꝑdere nil metuūt. Eſſe volens. gaudere optans. ſcire abdita querēs. Ut te nō teneāt vltima ſūma pete. Hille. ¶ Qūtū ad exempla gentiliū. Sciendū ꝙ pnīa q̄ntū ad ſatiſfactionē pīgebat̄ ſic. In tēplo dee veſte eāt quidā miles armatus hn̄s galeā. loꝛicam ⁊ ſcutum. In galea ſcribebat̄ ſic. Anchoꝛa ſū ſaluans ⁊ ſtabiliens hoīes ꝯ tempeſtates ⁊ vndas pctī. In loꝛica ſcribebat̄ ſic. Nō me deſerens rōne nō incedit. qm̄ ego ſū poꝛta ſalutis ⁊ vite. In ſcuto ſcribebat̄ ſic. Om̄s crucē pnīe aſſumite. qa ego ſum via grē deducens ad ianuam patrie. Spūaliter pnīa quātū ad ſatiſfactionē pingebat̄ ad modū militis. qa q̄diu viuimus ſp īpugnamur a diabolo. carne ⁊ mūdo. Job. 7° ca°. Militia ē vita hoīs ſup terrā. Et Ber. dicit. Caſtrū aīe nr̄e in terra inimicoꝝ ſitū eſt. ⁊ vndiq̄ oppugnat̄. Interius pugnat ꝯcupīa carnis ꝯ iſtā vigilet rigoꝛ diſcipline. Supius eſt verū iudiciū dei. contra iſtud vigilet ꝯfeſſionis freq̄ntatio. Retro ꝑſequit̄ moꝛtifera delectatio ex p̄teritoꝝ recoꝛdatiōe pctōrū. ꝯ iſtud vigilet moꝛtiſ eterne mēoꝛatio. Añ venit inſtātia tētationū. ꝯ iſtud vigilet hūilis oꝛōnis freq̄ntatio. A ſiniſtris inſtat ꝓxīoꝝ inq̄etatio. ꝯ iſtud vigilet hūil̄ patīa. A dextris inſultat de bonis ꝓximi emulatio. ꝯ iſtud vigilet fraterna dilectio Hille. Uita. n. humana bn̄ cuſtodita currit ꝑ quatuoꝛ rotas. In pꝛima rota ſcribitur. Lego qd feci. In ſecūda rota ſcribit̄. Lego qd facio. In tertia rota ſcribit̄. Lego qd faciam. In quarta rota ſcribit̄. Lego ūde veniā. qa bꝛeuiter maneo. ⁊ bꝛeuiter trāſeo. Sūt. n. q̄tuoꝛ ſtultitie in h° mūdo. Pꝛīa qa hō vult viuere ī peccato. ⁊ nō vult moꝛi ī eo. Secūda qa hō q̄rit qđ nō pōt īuenire. ⁊ amittit qđ pōt īuenire. nā hō q̄rit diu viuere ⁊ nō pōt. amittit bn̄ viuere ⁊ pōt ſed nō vult. Tertia qa hō nō cogitat q̄t mala ī vita mala ſil̄ ꝯcurrūt. Quarta qa ſp hō intendit ⁊ ꝓponit bn̄ facere. ⁊ tn̄ nūq̄ bn̄ facit. diſponit vitā ſuā coꝛrigē ⁊ nō coꝛrigit

SEcūdo declarat̄ eadē ꝯclō teſtimoīo legꝭ Diuinalis. Sciendū ꝙ ſatiſfactio debet fieri q̄druplr̄. p̄ auſteritate īpoſita Nā Judith hēbat ſup lūbos ſuos cilicium ⁊ ieiunabat oībꝫ diebꝫ vite ſue p̄ter ſabbata ⁊ neomenias. Judith. 8° 1°. Machabeus ⁊ q cū eo erant dep̄cabant̄ dn̄m. aſpgentes capita ſua terra ⁊ lumbos accictos ciliīs habentes. 2° Mach. x° ca°. Secundo hūilitate diſpoſita. Nam Roboam ⁊ pꝛīcipes eiꝫ hūiliati ſūt coꝛā dn̄o ⁊ dn̄s auertit irā ſuā ab eis ꝑ v̄bū Semehie ꝓphe. 2° palipo. 12° ca°. Nabuchodonoſoꝛ humiliatus recognouit pctm̄ ſuū. ⁊ in pꝛiſtinū ſtatū reductus ē. Dañ. 4° ca°. ¶ 3° ſcitate cōpoſita q̄uiſ enī viri iuſti amicos dei ſe ſentiant. debēt tn̄ ꝓ venialibus peccatis in pnīa ſatiſfacē ſicut ſanctus Job dicebat. Ago pnīam ī fauilla ⁊ cinere. Job. 42° ca°. ſil̄r etiā Tobias. ¶ 4° benignitate ꝓpoſita. Nam Manaſſē regem Juda q ꝓpter peccata ſua ductꝫ fuerat in Babylonē qn̄ penituit dn̄s benigne ip̄m acceptauit ⁊ ī gradū pꝛiſtinū collocauit. 2° palipo. 32° ca°. Et ſic patet ⁊c̄.

TErtio declarat̄ eadē ꝯclō teſtimonio legis Pꝛophalis ⁊ h° q̄druplr̄. p̄ Job 21° ca°. dicit Audite ſermones meos ⁊ agite pnīam. qa in diem ꝑditiōis ſeruat̄ malus. ⁊ ad diē furoꝛis ducet̄. ¶ 2° Salomō. Sap̄ 12° ca°. dicit. Odibilia opa faciebant ꝑmedicamina ⁊ ſacrificia īiuſta. Sed his tanq̄ hoībꝫ pepciſti ⁊ dabas locū pnīe. nō ignorans qm̄ nequā ē natio illoꝛū ⁊ nālis malitia ipſoꝝ. iō veniam dabas pctīs illoꝝ. Et Eccl. 2° ca°. Si pnīam non egerimꝫ icidemꝫ in manꝫ dei ⁊ nō hoīum. ¶ 3° Jeremias. 8° ca°. dīc. attēdi ⁊ auſcultaui. nemo qđ bonū ē loq̄t̄. Nullus ē q agat pnīā ſup peccato ſuo dicēs. qd feci! oēs ꝯuerſi ſūt ad curſū ſuū q̄i equꝫ īpetu vadēs ad p̄liū. ¶ 4° Ezechiel. 33° ca°. dīc. Si dixero īpio moꝛte moꝛieris ⁊ egerit pnīā a pctō ſuo fecerit q̄ iudiciū ⁊ iuſticiā. pignꝫ q̄ reſtituerit. rapinā q̄ reddiderit. ī mādatis vite ābulauerit. nec fecerit quicq̄ iniuſtum. vita viuet ⁊ non moꝛiet̄. peccata eius nō īputabūt̄ ei ⁊c̄.

QUarto declarat̄ eadē ꝯclō teſti° legis Hūanalis. Sciendū ꝙ ſatiſfactio debet fieri q̄druplr̄. ¶ p̄ cū iuris eq̄tate. Nā ſicut ſeruꝫ pignoꝛi datꝫ nō pōt māumitti añ debiti ſatiſfactionē. ff. de māumiſ. l. ſeruus. ī. ff. nouo. li. 2. Ita nec ille cuiꝫ aīa ē ī pig̊rata ꝑ pctm̄ niſi ſatiſfaciat. Job. 27° c. Que ē ſpēs ypocrite ſi auare rapiat ⁊ non liberet deus aīam illiꝫ. Nūq̄d clamoꝛē eiꝫ audiet deus cū venerit ſup eū āguſtia! Hille. Qui enī manumittit ſeruū ſuū cā moꝛtis ſub tali cōditiōe ꝙ ſi cōualauerit liber eſſe deſinat. pōt h° facere ſcđm leges ſeculi. ff. de manumiſ. l. moꝛtis cā. Tn̄ ſi qs manumittat aīam ſuā ſic coꝛā deo non valet. qa ut hr̄. ff. de manumiſ. ī teſtō. l. libtas. libertas q̄ in vltīo vite ꝯfert̄ tꝑe violēter. ut ſi moꝛiaris tu liber eſto. nulliꝫ momenti exiſtim̄āda ē. ut volo ꝙ ſeruꝫ meꝫ qn moꝛiet̄ ſit liber. talis libertas nō valet. Sic ē đ eo q moꝛit̄ in pctīs. ⁊ tūc vult ſatiſfacē nō ꝓdeſt. Heb. 2° ca°. Liberaret eos q tīoꝛe moꝛtis ꝑ totā vitā obnoxīj erāt ſeruituti. Et ff. de libali cā. l. rectiſſime hr̄. ꝙ ꝓclamatio ad libertatē denegat̄ ei q ſciēs ſe liberꝝ dolo paſſus ē ſe ꝓ ſeruo venūdari. Sic de eo q ē libli btate grē iteꝝ redit ī ſeruitutē pctī 2. Coꝛ. 5° ca°. Suſtineđ ſi qs vos ī ſeruitutē redigit. ¶ 2° cū tꝑis celeritate. qa ſicut ille q deficit vno die ī cōputo ſuo reddēdo. eo ꝙ omiſit ꝯputāda. pōt poſtea ī reddē ⁊ coꝛrigere cōputū. vſq̄ q̄ ꝯputꝫ ſit clauſus. ſed poſtea nō audit̄ ī allegatiōe erroꝛis ſui. C de erroꝛe calculi. l. vnica. li. 2°. ſic de illo qui nō bn̄ cōputauit culpas ſuas nec ſatiſfecit rōcinio ſuo. poſtea non audiet̄. Lu. 16° ca°. Redde rōnē villicatiōis tue. Jā. n. nō poteris villicare. ¶ 3°. cū ſollicita recuꝑabilitate. Sic. n. ille q apud falſū hoīem hꝫ pignꝫ īpignoꝛatū ⁊ neſcit an poteīt vltīo die ſtatuto illud recuꝑare. ſtultus ē ſi h° non faciat añ illū diē. qa ſcđm legē totū illud tp̄s mediū ad ſoluendū liberꝝ ītelligit̄. ff. de ſolut. l. ꝙ in diē. ī. ff. nouo. li. 8°. Sic ille multo ſtultioꝛ q hꝫ aīam ſuā falſiſſimo diabolo īpignoꝛatā facē dꝫ. ¶ 4°. cū coꝛdis hilaritate. Pctōꝛ. n. añ ſatiſfactionē mlta bōa ꝑdit. qa ſicut illud qđ plantat̄ uel ſemiat̄ ī ſolo alieno ꝑdit̄ ſemināti. qm̄ ē illiꝫ cuiꝫ ē ſolū. ut Inſti. de reꝝ diui. § ex aduerſo. ſic poſtq̄ hoſtis lucratus ē aīam pctōꝛis ipſe pctōꝛ interim ꝑdit q̄cq̄d boni facit. q̊uſq̄ ꝑ pnīam letāter ſatiſfecerit. ⁊ ſic pꝫ. ¶ Poſtq̄ v° Moyſes declarauit ꝯclōnē p̄dictā. ait aīe deuote. Que ego noui fidelr̄ te docui. Sed ecce hic ē ſcūs Thomas de Aquino doctoꝛ noui teſtamēti. ꝑatus ſp ad ſatiſfactionē oī poſcenti rōnē de ea q̄ ī vobis eſt ſpe ⁊ fide. Ad quem aſtante Moyſe acceſſit aīa deuota ꝓ ſue cōclōnis clarioꝛi noticia. Cui ſcūs Thomas inq̄t. Ego oñdā tibi cōcluſionē tuā eē verā teſti° q̄druplicis legꝭ.

¶ Legꝭ Euāgelice. ¶ Legꝭ Eccl̄iaſtice.
¶ Legꝭ Apoſtolice. ¶ Legꝭ Canonice.

PRimo teſti° legꝭ Euāgelice. Sciendū ꝙ xp̄s ꝓbauit illā teſti° quadruplici ¶ p̄ Math. 5° ca°. dicit. Eſto conſentiēs aduerſario tuo cito. dū es ī via. i. age pnīam ⁊ ſatiſfacias ꝓ pctīs tuis añ moꝛtē. ne foꝛte tradat te aduerſarius iudici. i. ꝯſcīa tua te accuſet xp̄o. ⁊ iudex tradat te miniſtro. i. diabolo. ⁊ in carcerē. ſ. inferni uel purgatoꝛīj mittaris. Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouiſſimū q̄drantē. i. ſatiſfacias etiā ꝓ mīmis pctīs. ¶ 2° Mar. p̄. c. dic Qm̄ ipletū ē tēpus. ſ. vite vr̄e. ⁊ appꝛopinquabit regnū dei. ſ. iudiciū moꝛtis vr̄e. penitemini. ſ. ſatiſfaciēdo ꝓ pctīs vr̄is. ⁊ credite euāgelio. ſ. docenti vos opari iuſta et meritoꝛia vite eterne. ¶ 3° Lu. xi° ca°. dicit Uiri Niniuite ſurgēt in iudicio cū generatione iſta. ſ. obſtinatoꝝ nō ſatiſfacientiū ꝓ delictis ſuis. ⁊ condēnabūt illā. qa pnīā egerūt ad p̄dicationē Jone ⁊c̄. ¶ 4° Joh. 6 ca°. dicit. Operamini. ſ. ſatiſfaciēdo ꝓ culpis veſtris. nō cibū q ꝑit. aſſidue q̄rēdo ꝓpter carnis delectationē. ſed q ꝑmanet ī vitā eternā quē filiꝫ hoīs vob̄ dabit. ſ. per opa meritoꝛia ī caritate fcā. ut pꝫ ī euāgelio hodierno. ⁊ ī epl̄a. in qbꝫ notantur. 4. ꝯclōnes ¶ Pꝛīa ꝯclō. Qui ꝑ ſeip̄m voluntarie peccat. cōuenit ut ꝓ ſe ſpōte ſatiſfaciat. Pꝫ qa duplex ē effectꝫ ſatiſfactōis. Unꝫ ſolutio debiti ꝓ pctīs p̄teritis. Alter eſt exciſio cauſaꝝ pctī futuri. ⁊ q̄tū ad hūc ſecūdū effectū nō pōt vnꝫ ꝓ pctō alteriꝫ ſatiſfacere. Qūtū v° ad p̄mū. aut talis peccatoꝛ ē īpotēs ſatiſfacere. puta debebat ieiunare. ⁊ egrotat. aut debebat dare elemoſynā. ⁊ ē mēdicus effectꝫ. ⁊ tūc alius q ē in caritate. pōt ꝓ illo ſatiſfacere. qa qui ꝑ aliū facit ꝑ ſeip̄m facere videt̄. ex̄ de regul̄. iuris. lib. 6°. Aut talis pctōꝛ eſt potēs ſatiſfacere. puta ſanus ⁊ īcolumis. diues ⁊c̄. ⁊ tūc oꝫ ꝙ ipſemet ꝓ ſe ſatiſfaciat. pōt tn̄ iuuari ꝑ alterū q̄uis h° nō ſit ꝑmittendū. ſ. ut alius pꝛo eo ſatiſfaciat. Ideo qa viri niniuite ꝑ ſe ip̄os peccauerāt. etiā ꝑ ſe ipſos ſatiſfacere debebāt ad q̊s miſſus ē Jonas ꝓpha ut dr̄ ī epl̄a factū ē v̄bū dn̄i ad Jonā dicēs. Surge ⁊ vade in Niniuē ciuitatē magnā ⁊ p̄dica ī ea p̄dicatiōꝫ quā ego loq̊r ad te ⁊c̄. Quia v° ph̄iſei volebāt ꝑ alios ſatiſfacere. nō fuerunt deo accepti. nec grām ꝓmeruerūt. vn̄ in euāgelio dr̄. Miſerūt ṗncipes ⁊ phariſei miniſtros. ut appꝛehenderent Jheſum. ſ.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſatiſfaciēdo qbꝫ dictū ē. Queritis me et nō inuenietis ⁊c. Pōt tñ penitēs iuuari ꝑ aliū ſi aliqs defectꝰ appareat ī ipo uł corꝑalis ꝑ quē ſit ipotens ad ſuſtinendū uel ſpūalis ꝑ quē ſit ipotens ad penā ferendā. quoꝝ nullū erat nec in niniuitis nec ī phariſeis. ut pꝫ ex epła ⁊ euāgelio. ¶ Secūda concło Quis deus in penis pctōꝝ nō delectetur ꝑ ipſas tñ vult ut hō purgeť. Patet qꝛ ſatiſfactio reſpicit culpā ꝑteritā. ꝓ q̄ recōpēſatio fit ꝑ ſatiſfactionē. ⁊ reſpicit culpā futurā a q̄ ꝑ ſatiſfactionē ꝓſeruamur. ⁊ reſpcū vtriuſqꝫ debet ſatiſfactio fieri ꝑ opa penalia. Nā recōpenſatio offenſe iportat adeq̄tionē iter eū q offendit. ⁊ eū ꝯ quē offenſa cōmiſſa ē. Adequatio aūt ī hūana iuſticia attenditꝛ ꝑ ſubtractionē ab vno q habuit plus iuſto ⁊ additionē ad alterū cui aliqd ſubtractū ē. Quis aūt nihil poſſit ſubtrahi a deo. tñ pctōꝛ q̄tū in ipſo ē ſubtraxit a deo debitū honorē ⁊ reuerentiā. Vñ ad hꝫ ꝙ recōpenſatio fiat. oꝫ ꝙ aliqd ſubtrahaťa peccāte ꝑ ſatiſfactionē. qđ in honorē dei cedat. ſed ꝑ opꝰ bonū qđ ē hꝰ nō ſubtrahit aliqd ab opante ſed magis ipm ꝑficit. Vñ ſubtractio nō pōt fieri ꝑ opꝰ bonū niſi ſit penale. iō ad hꝫ ꝙ aliqđ opus ſit ſatiſfactoriū oꝫ ꝙ ſit bonū ut ī honorē dei ſit. ⁊ pēale ut aliqd pctōri ſubtrahať. Silr pēa a culpa futura ꝓſeruat. qꝛ nō facile hō ad pctā redit ex q̄ penā expꝑtus ē. vñ ſcđm phm 2° ethicoꝝ pene medicine ſūt. Et Gregꝰ dicit Juſtū ē ut pctōꝛ tanto maiora ſibi inferat lamēta ꝑ pniam q̄nto maiora ītulit dāmna ꝑ culpā. Quo ad penā ī epła dr̄. Adhuc xl. dies. ⁊ niniue ſubuerteť. Et in euāgelio dr̄. In diſꝑſionē gentiū iturus ē ⁊c. ¶ Tertia ꝯcło. Ad diuine offenſionis ſatiſfactoriam placationē. congruit hr̄e ieiuniū elemoſynā ⁊ orationē. Pꝫ qꝛ ſatiſfactio dꝫ eē talis ut aliqd a nobis ſubtrahamus ad honorē dei. Nos aūt nō hēmꝰ niſi tria bōa ſ. bona aīe. bona corꝑis. ⁊ bona fortūe. De bonis aīe nihil ſubtrahimus nobiſ q̄tum ad eēntiā uel q̄tum ad diminutionē ipoꝝ qꝛ ꝑ ipſa efficimur deo accepti ſed ſatiſfacimus in q̄tū ea totalr̄ deo ſubiicimꝰ ⁊ hꝫ fit ꝑ orationē. De bonis corꝑalibꝰ ſatiſfacimꝰ in q̄tū ſubtrahimꝰ a nobis aliqd ꝑ ieiuniū De bonis fortūe exterioribꝰ ꝑ elemoſynā. Diſtinctiꝰ tñ ſatiſfactio ꝯſiſtit in ſeptem ꝑ̄ ī feruore caritatis quē deꝰ magꝭ acceptat

q̄ꝫ qđcūqꝫ opꝰ laborioſū qꝛ ſuꝑequalet oī penoſo. iō in epła dr̄. Et crediderunt viri niniuite ī dño. ſ. ꝑ caritatē. ⁊ in euāgelio dr̄. Stabat Jhus ⁊ clamabat. ſ. ex caritate ꝑplis ꝑdicando. ¶ 2°. ī ꝯtritiōe cordialł penalitatis. quā deus intm̄ acceptat ꝙ totā penā relaxat. iō in epła dr̄. ꝑdicauerūt ieiuniū. ⁊ veſtiti ſūt ſaccis. a maiori vſqꝫ ad minorē. Et ī euāgelio dr̄. Si qs ſitit. ſ. eternā btītudinē. veniat ad me. ſ. ꝑ ꝯtritionē ꝑ̄s. Queādmodum deſi. cer. ad fon. aq̄. ⁊c. vſqꝫ añ faciē dei. ¶ 3° in cōfeſſiōe ꝓ peccat. q̄ ꝓuenit ex hūilitate ꝓprie abiectiōis recitando corā hoīe tot vilia ꝓpter deū. ⁊ hoc aufert magnā ꝑtē pene. iō in epła dicitur. Surrexit rex de ſolio ſuo ⁊ abiecit veſtimtū ſuū a ſe. ſ. ꝑ pctōꝝ cōfeſſionē. ⁊ in euangelio dr̄. Qui credit ī me. ſ. deponit ꝓſtinā ꝯuerſationē pctōꝝ. ⁊ induit nouū hoīem q ſcđm deū creatꝰ ē. ¶ 4° ī verecūdia vetuſtatis q etiā tollit magnam ꝑtem pene. de pnīa diſ. i. §. quē penitet. qꝛ lauāt lachrymę delictū quod pudor ē ꝯfiteri. iō in epła dr̄. Indutꝰ ē ſacco ⁊ ſedit ī cinere. ſ. ꝓ verecūdia peccatoꝝ. vñ ex oculis eiꝰ fluebāt lachryme tanq̄ꝫ fluīa. iō ī euāgelio dr̄. flūia. ꝑ̄s. Fuerunt mihi lachryme mee pa. die ac nocte ⁊c. vſqꝫ effudi ī me aīam meā. ¶ 5° ī maceratione carnalis voluptatis ⁊ hꝫ ꝑ ieiuniū. iō dr̄ in epła. Hoīes ⁊ iumenta. boues ⁊ pecora. non guſtēt quicq̄ꝫ nec paſcāť ⁊ aquā non bibant. qꝛ qñ magna tribulatio iminet. tūc maior afflictio ad placādū deū ſuꝑaddenda ē. Et in euāgelio dr̄ de vētre eius. ſ. domando ꝑ ieiuniū. ¶ 6° ī orōe ſpūalis contēplabilitatis. Nā oratio mentalis ⁊ vocalis ē ſatiſfactoria ſi fiat ī caritate. cū habeat laborē ⁊ penā quandā ⁊ in ea maneat ꝟtus ꝓcedētis intentōis que duo ad opus ſatiſfactoriū reqrunť. ⁊ ſic hꝫ rōnē boni meritorij. ꝓpterea ī epła dr̄. Hoīeſ ⁊ iumēta clamēt ad dñm in fortitudine. ſ. ꝑ deuotā ⁊ feruidā orōnē. ⁊ ī euāgelio dr̄. fluent. i. ſonēt orōnes. ¶ 7° ī ſubuentione aliene nccītatis. ſ. ꝑ elemoſynā. In ſatiſfactiōe. n. ꝑncipalior ē bonitas actꝰ q̄ꝫ penalitas. ⁊ qꝛ elemoſyna plꝰ hꝫ de rōne boni. in q̄tū imediatiꝰ ſe hꝫ ad caritatē. ⁊ in q̄tū ē ſingulare bonū faciētis. ⁊ in q̄tū eſt cōe bonum facienti ⁊ recipiēti elemoſynā. iō ē ſatiſfactoria. ꝓpterea ī epła dr̄. Quis ſcit ſi conuertať ⁊ ignoſcat deus. ⁊ reuertatur

verus deus ꝛ verus hõ. ſemel tm ĩ cruce pe
pendit. offerens patri ſeipm hoſtiã viuã ꝛ
paſſibilem. mortalẽ. viuoꝝ ꝛ defunctoꝝ re
demptionis efficacẽ. eoꝝ. ſ. quos altitudo
dĩni conſilii redimendo iudicauit. pſciuit.
pdeſtinauit. vocauit. modis atq; tpibus q
bus id fieri congruebat. hec ibi. Et eadem
diſt. c. in calice. dr ſic. De latere xpi fluxit
ſanguis ꝛ aqua. aqua ut mũdaret. ſanguis
ut redimeret. Quare de latere? quia vnde
culpa. inde gratia. Culpa p feminã. gratia
p xpm. eterna deitas. paſſio tpalis. illa cre
auit. hec redemit. hec ibi. ¶ 4° xps ſua paſ
ſione nos ſaluauit. Vñ in clemẽtinis. de ſũ

ma trinitate ꝛ fide catholica dr ſic. Fidei ca
tholice fundamento pter qꝺ aplo teſte. ne
mo põt aliud ponere firmiter inherentes.
apte cũ ſcã matre eccleſia ꝯfitemur. vnige
nitũ dei filiũ in his in qbus deus pr exiſtit
vna cũ pre eternaliter ſubſiſtentẽ ptes no
ſtre. nature ſil vnitas. ex qbꝰ ipe in ſe verꝰ
deus exñs fieret verꝰ hõ. hũanũ vꝫ corpus
paſſibile. ꝛ aĩam ĩtellectiuã ſeu rõnalẽ ipꝫ
corpus vere ꝛ p ſe eſſentialr informãtẽ aſ-
ſumpſiſſe ex tpe ꝛ ex virginali thalamo ad
vnitatẽ ſue yypoſtaſis ꝛ pſone. Et quia in
ipſa aſſũpta nã ipm dei uerbũ p oĩuꝫ opan
da ſalute non ſolũ affigi cruci. ꝛ in ea mori
voluit. ſed etiã iam ſpũ emiſſo. pforari lan
cea ſuſtinuit latꝰ ſuũ ut ex inde pfluẽtibꝰ
vndis aque. ſ. ꝛ ſanguinis. formaret vnica
ꝛ ĩmaculata eccleſia cõiũx xpi. ſicut de late
re pmi hoĩs ſoporari Eua ſibi in coniugeꝫ
ẽ formata. ut ſic certe figure pmi ꝛ veteris
Ade. q ſcdm aplm ẽ forma futuri Ade ĩ no
ſtro nouiſſimo Adam. i. xpo veritas reſpõ
deret. hꝰ ibi. Et ſic pꝫ effectus paſſionis xpi
Quarto declarat eadẽ ꝯclo teſtimonio
legis Eccleſiaſtice ꝛ hoc q̃drupl̃r. ¶ P
btũs Gregꝰ li. 20. moral. dicit ſic. Cum. n.
deus poſſet nobis etiã nõ moriẽdo ſuccur-
rere voluit tñ hoĩbꝰ moriẽdo ſubueñire. qa
vꝫ nos minꝰ amaſſet. nec vim ſue dilectõis
nobis oñderet. niſi hꝫ qꝺ a nobis tolleret.
ad tps ipſe ſuſtineret. hꝰ ille. ¶ 2° btũs Je-
ronimꝰ ſup Math. dic ſic. Oĩs creatura cõ
patit xpo morienti. ſol obſcurat. terra mo
uet. petre ſcindunt. velũ tẽpli diuidit. ſe-
pulchra apiunt. ſolus miſer hõ nõ ꝯpatit
p q ſolo xps patit. Cõſpui voluit ut nos la
uaret. Velari voluit ut velamen culpe ꝛ ig
norantie a cordibus noſtris auferret. ĩ ca-
pite pcuti voluit. ut caput nrm. i. Adã ſa-
nitati reſtitueret. Colaphis cedi. ꝛ uerbꝰ de
rideri voluit. ut nos ei labiis ꝛ manibus. i
uerbis ꝛ operibus applaudamꝰ. hꝰ ille. ¶ 3°
beatus Amb°. ſup btĩ immaculati. dicit ſic
Noli tantũ amittere beneficiũ o hõ. Pro-
pterea xps dñatõi mortis ſe ſubdidit ut te
a iugo dñationis erueret. Ille ſuſcepit mor
tis ſeruitutem. ut tibi tribueret vite eter-
ne libertatẽ. Doles dñe non tua vulnera ſꝫ
mea. non tuã mortẽ. ſed noſtrã infirmita-
tem. hec ille. ¶ 4° beatus Augꝰ in quodaꝫ
ſermone. dicit ſic. Multos filios deus fecit
vnicꝰ filiꝰ dei. ſibi frẽs redemit ſanguine

ſuo. pbauit rex pbatus. redemit venditꝰ. ho
no auit iniuriatus. viuificauit occiſus. vẽ
ditis rebus noſtris nullũ maius pcium ac
cipimꝰ q̃ nos ipſos. qa talibꝰ iplicati nri ñ
eramus. Fuſus ẽ ſanguis medici. ꝛ factus ẽ
medicamentũ frenetici. Ut ergo a pctõ ſa-
nemur. xpm crucifixuꝫ meditemur ꝛc.
¶ Quia vo xps in paſſiõe ſua erat media-
tor inter deum ꝛ hoĩem. i. Thimot. 2° ca°.
Vnus ẽ mediator dei ꝛ hoĩum hõ xps ihs.
Mediatoris aũt officiũ ppriũ ẽ cõiungere
ꝛ vnire eos. inter quos ẽ mediator. Naꝫ ex
trema vniũt in medio. vnire aũt hoĩes. deo
pfectiue qdẽ ꝯuenit xpo p quẽ hoĩes ſunt
deo recõciliati. ſcdm illud. 2. Cor. 5°. Deus
erat in xpo mũdũ reconciliãs ſibi. iõ ſolus
xps ẽ pfectus dei ꝛ hoĩum mediator. inq̃-
tũ p ſuã mortẽ genꝰ hũanũ deo reconcilia
uit. Vnde cũ aplꝰ dixiſſet. Mediator dei et
hominũ hõ xps ihus. ſubiũxit. qui dedit ſe
metipm redẽptionẽ p oĩbꝰ. Mediator aũt
debet habere aliqd cõe cuꝫ vtraq; pte. ſ. ut
ſit amicꝰ vtriuſq;. xps aũt habuit cum deo
cõem btĩtudinẽ. cũ hoĩbꝰ vo mortalitatẽ.
Propterea Leo papa ĩ ſermõe de natali do
mini. dic. Suſcipit a maieſtate hũilitas. a
vtute infirmitas. ab eternitate mortalitaſ
ut qꝺ nris remediis cõgruebat. vnꝰ atq; iꝺ
dei ꝛ hoĩum mediator. ꝛ mori ex vno. ꝛ re-
ſurgere poſſet ex altero. Niſi enĩ eẽt verus
deus nõ afferret remediũ. niſi eẽt verꝰ hõ.
nõ pberet exẽplũ. hꝰ ille. Oſtẽdit aũt xpus
50. ſigna hũanitatis ꝛ dĩnitatis in paſſiõe
¶ Primũ ſignũ fuit reſuſcitationis. Nam
in eo q xps fleuit Laçaꝝ ad miſerias huiuſ
vite reuocandũ. ſignũ ẽ hũanitatis in xpo
In fletu. n. corpali ſũt duo. quoꝝ vnuꝫ eſt
lachrymaꝝ reſolutio. in q̃ ẽ hũoris genera
tio q p lachrymas diſtillat. Aliud eſt q̃dã
cõmotio ꝛ turbatio capitis ꝛ oculoꝝ. ideo
Joh. xi°. dr. Lachrymatꝰ ẽ ihs. que qdem la
chryme nõ fuerũt ex nccitate ſed ex pieta-
te ꝛ cã. Erat. n. fons pietatis. ꝛ iõ flebat ut
oñdat nõ eẽ reprehenſibile ſi qs ploret ex
pietate. Eccl. 8° ca°. Fili ſuper mortuũ pduc
lachrymas. Fleuit etiã ex cã ut doceret ho
minẽ pp pctm fletibꝰ indigere. ps. Labora
ui in gemitu meo la. p ſin. noc. lec. meũ. la.
me. ſtra. meũ rigabo. Ecce ſtatim ſequitur
ſignũ dĩnitatis. qa ihs voce magna clama
uit dicens. Laçare veni foras. Johis. xi° ca°.
Vox. n. xpi dr magna ppter virtutis eius

magnitudinẽ. Nã tanta virtus eius fuit q
ſuſcitauit Laçaꝝ a morte quemadmodum
ſuſcitat dormiens a ſomno. ps. Dedit voci
ſue vocẽ uirtutis. Non. n. orando aut dep
cando. ſed imperando hꝫ fecit quaſi p pa po-
teſtate. Nã doctrina q̃ ſe deũ dicebat. veri
miraculis ꝯfirmabat. dĩna uirtute factis.
Jõ dr Mar. p ca°. Que nã doctrina hꝫ noua
qa in ptãte ſpiritibꝰ ĩmũdis ipat. ꝛ obedi-
unt ei. Et nũc cũ ĩpio clamat. Laçare veni
foras. Quẽ iõ ex pprio noĩe vocat. qa tãta
erat virtus vocis q pariter oẽs mortui coge
rent exire. niſi p expſſionẽ noĩs virtutem
ſuã ad vnũ determinaſſet. ut Augꝰ li. ꝺ ver
bis dñi dic. Et tanta fuit virtus vocis xpi
ut abſq; tpis dilatione contriuerit portas
ereas. ꝛ uectes ferreos confregerit. ꝛ Laça-
rus ad vitã redierit. Qua uirtute ſtupefac
tus ſathan. mox apud patrẽ cõqueſtꝰ ẽ. di
cens. Ecce hõ qdã noĩe ihs nitit ptãtẽ tuã
infringere. atq; iuſticiã tuã pueiſa pſũpti-
one ſubuertere. Violẽtia temeraria vinciũ
Laçaꝝ quẽ infernꝰ detinuit ab inferis ab-
ſtraxit ꝛ ad vitã reuocauit. Si hunc ipuni
tũ relinqs. totũ infernũ ſpoliabit. ꝛ tandẽ
iuſticia tua pibit. Cur me poſuiſti miſtruꝫ
iuſticie tue ſi fortior me ſpolia mea diripi
at. Cui deꝰ pr ait. Que cuſtodie tue mãda-
ta ſunt firmiter obſerua. alioqn rõnẽ red-
des de negligẽtia tua. Tũc ſathan ad mun-
dũ rediens cõcitauit pncipes ſacerdotũ. ꝛ
phiſeos aduerſus ihm. ut cõgregato ꝯſilio
eũ morti traderent. Ab iſta ergo die viſo
miraculo. cõmoti ſpũ diabolico firmo pro
poſito determinauerũt xpm occidere. Jſta
ſuſcitatio Laçari fuit p figurata ĩ ſuſcitati
one filii mulieris ſarreptane. quem Helias
orõne ad dñm fuſa reſuſcitauit. 3° Reg. 17. c.
2° in ſuſcitatiõe filii mulieris Sunamitis
quẽ Heliſeus ſuſcitauit ponens baculum
ſuũ ſup pueꝝ. 4° Reg. 4° ca°. 3° in ſuſcita-
tiõe hoĩs quẽ latrũculi ſepelierãt ĩ ſepul-
chro Heliſei. ad cuius tactum ſurrexit. 4°
Reg. 14. ca°. ¶ Secundũ ſignũ fuit cõſecra
tionis. Nam pceptuꝫ erat Exodi. 12° ca°. ut
vnaqueq; tribus iudeoꝝ tolleret agnum ꝛ
comederet. ꝛ de ſanguine agni linirent po-
ſtes domoꝝ in qbꝰ habitabãt. in ſignum q
deus liberaret eos de ſeruitute egyptioꝝ. et
angelus dñi pcutiẽs pmogenita egyptioꝝ
videns ſignũ thau ĩ ſupliminaribꝰ domo
rũ in qbus habitabant hebrei pertrãſiret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

⁊ ſic exirēt egyptū. ⁊ ꝑtranſirent mare ru-
brū. In ſignū itaq; liberatōis de egypto vo
luit deus ut. 14. luna ꝑmi menſis īmolaret
agnus. ⁊ comederet ab vniuerſo iſrl'e. Xp̄s
aūt qui venerat non ſoluere legem ſed ad-
īplere. Math. 5° ca°. die iouis. ſ. luna. 14. vo
luit comedere agnū paſcalē cum diſcipulis
ſuis dicens. Deſiderio deſideraui hoc paſ-
ca manducare vobiſcū anteq̄ patiar. ⁊ ſic ī
cenaculo cū eis manducauit. Ecce ſignum
humanitatis. Et ſtatim ſeqtur ſignū dīni
tatis. qa celebrato typico paſca. ieſus acce
pit panē in manus ſuas. ⁊ bn̄dicens ꝯſecra
uit in corpus ſuū. ⁊ vinū in ſanguinē ſuū.
Vn̄ Jero⁹ ſup Math. ut hr̄ ꝺ ꝯſe. diſ. 2. c. ac
cipite. dic ſic. Poſtq̄ typicum paſca fuerat
cōpletū. ⁊ agni carnes cū ap̄lis comederat
aſſūpſit panē q ꝯfortator ē hoīs. ⁊ ad veꝝ
paſce tranſit ſacr̄m. ut q̄uo in ꝑfiguratiōe
eius Melchiſedech panē ⁊ vinū offerēs fe-
cerat. ipſe quoq; in v̓itate ſui corpis ⁊ ſan-
guinis p̄ntaret. hec ibi. Et. c. qa corpus. dr̄
ſic. Vere vnica ⁊ pfecta hoſtia. fide eſtimā
da. non ſpecie. neq; exteriori cenſenda viſu
ſed interiori affectu. Unde celeſtis ꝯfirmat
auctoritas. qa caro mea vere ē cibus. ⁊ ſan
guis meus vere ē potus. Recedat ergo oē ī
fidelitatis ambiguū. qm̄ quidē q auctor ē
muneris. ipſe etiā ē teſtis v̓itatis. Nā ⁊ in
uiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas ī ſub
ſtantiā corpis ſui ⁊ ſanguīs v̓bo ſuo ſecre
ta ptāte ꝯuertit dicēs. Accipite ⁊ comedite
hoc ē corpus meū. cū ſcīficatione repetita
Accipite ⁊ bibite. hic ē ſanguis me⁹. Sicut
ergo ad nutū ꝑcipientis dn̄i repente ex ni
hilo ſubſtiterūt excelſa celoꝝ. ꝓfunda fluc
tuū. ⁊ vaſta terraꝝ. pari ptāte in ſpirituali-
bus ſacr̄is ubi ꝑcipit v̓tus. ſeruit effect⁹. h̄
ibi. Fuit āt figuratū iſtud ſacrificiū corpis
xp̄i ꝑ in oblatione Melchiſedech q panē ⁊
vinū obtulit. Gen̄. 14° ca°. 2° in ſacrificio
expiationis. quando pontifex intrabat ſe
mel in anno cū ſanguine in ſcā ſcōꝝ. Exo.
30. ca°. 3° in manna quod habebat in ſe oīs
ſaporis ſuauitatē. Sap̄. 16° ca°. 4° in agno
paſcali. p cui⁹ ſanguinē ꝓtecti ſūt filij iſrl'
a deuaſtāte angelo. ¶ Tertiū ſignū eſt īſti
tutionis. Nam īminente paſſiōe voluit ie-
ſus xp̄s pedes diſcipuloꝝ ſuorū lauare. Jō
Joh. 13° ca°. dr̄. Surgit a cena. ⁊ ponit veſti-
menta ſua. ⁊ cū accepiſſet lintheū ꝑcinxit
ſe. deinde miſit aquā in peluim. ⁊ cepit la-

uare pedes diſcipuloꝝ. ⁊ extergere lintheo
quo erat ꝑcinctus. ubi ponūt ſex ſigna hu
manitatis xp̄i. ꝑ volūtas ſubueniēdi hu-
mano generi. qa ſurgit a cena. p̄s. Exurge
dn̄e adiuua nos. 2° nr̄e humanitatis aſſū
ptio. qa ponit veſtimenta ſua. Iſa. 45° ca°.
Vere tu es deus abſconditus. 3° nr̄e mor-
talitatis exinanitio. qa ꝑcinxit ſe lintheo.
Trenoꝝ. 3° ca°. Ego vir videns paupertatē
meam. in virga indignatōis eius. 4° ad ob
ſeq[illegible]genus īclinatio. qa aquā miſit ī pel
uim. 5° [illegible]ſequij dignatio. qa cepit lauar̄
pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ. 6° modi obſequē-
di appropriatio. quia exterſit lintheo. non
alioꝝ ſubſidio. ſed p ſe ipm̄. Statim autē
ponit' ſignū dīnitatis. in eo q xp̄s virtute
ſue dīnitatis ap̄los inſtituit ſacerdotes di
cens. Hoc facite quotienſcūq; ſumetis in meā
cōmemorationē. Unde diſ. 21. §. decreti er-
go romanoꝝ pontificū. dr̄ ſic. Simplr̄ v̓o
maioꝝ ⁊ minoꝝ ſacerdotū in nouo teſtam̄
to diſcretio ab ipſo xp̄o ſūpſit exordium.
q duodecī ap̄los tanq̄ maiores ſacerdotes
et. 72. diſcipulos q̄i minores ſacerdotes in
ſtituit. Petrū v̓o quē in ſūmū ſacerdotem
elegit. ei ꝓ oīb us ⁊ ꝑ oīb us claues regni ce
loꝝ tribuit. ⁊ a ſe petra. ſibi Petri nomē ī-
poſuit. atq; ꝓ ei⁹ fide ſe ſpāliter rogaſſe te-
ſtatus ē. hec ibi. Virtute. n. dīna hoc factū
eſt. ¶ Quartū ſignū ē ꝑnunciatiōis. Nam
xp̄o īminebat paſſio ⁊ mors quā nālīter re
fugit natura humana. ⁊ cū eā ſentit ſibi ī-
minere. triſtat' tanq̄ de malo ⁊ nociuo ſibi
ꝑſente. ut ergo xp̄s oſtendat ſe veram na-
turā humanā hr̄e. voluit turbatiōis affec-
tū ex iudicio rōnis q̄tū ad ipſam aiam pa
ti. ſcd̄m illud Joh. 13° ca°. Ih̄s turbat⁹ ē ſpū.
Videbat. n. q ꝓditor ille Judas exitur⁹ eāt
ut iudeos a qbus ꝓpter ꝓditionē pecuniā
accepat adduceret ut ipm̄ xp̄m capent. ex
quo ſepabat' a conſilo ⁊ collegio ſcōꝝ. de q̄
ꝓditiōe dr̄ in p̄s. Qui edebat panes meos
magnificauit ſup me ſupplantationē. Et
Zach. xi° ca°. Et appenderūt mercedē meā
30. argenteos ꝑcio quo appꝑciatus ſū ab eis
Iſtud ꝯſiliū fuit ꝑfiguratū ꝑ in cōſilio fra
trum Joſeph. q tractauerūt ipm̄ vendere
iſmahelitis. 2° in conſilio qd̓ habuit Abſa
lon cū Achitofel ꝯ̄ David patrem ſuum. 2
Reg. 15° ca°. Statim aūt ponit' ſignū dīni-
tatis in eo q xp̄s cognoſcit cogitatōes cor
dis. dicens ap̄lis. Amē amē dico vobis. qa

vn⁹ ex vobis tradet me. Joh. 13° ca°. Reue
lat aūt ꝓditorē dicēs Johanni ſecrete. Il
le eſt cui intinctū panē porrexero. Et cū
intinxiſſet panē dedit Jude ſymonis ſca-
riothis. ⁊ dicit ei yh̄s. Qd̓ facis. fac citi⁹.
Hec verba ita obſcura ⁊ ꝓfunda fuerunt.
⁊ humanū intellectū trāſcenderūt. ut nec
q̄ſq; ap̄loꝝ intellexerit. niſi is cui reuela-
uit. ꝓv. 25° ca°. Gloria dn̄i ē celare v̓buꝫ.
Longū aūt ſermonē fecit xp̄s p⁹ h̄. ī quo
multa ꝑdixit ⁊ docuit ptinētia ad carita-
tē dei ⁊ ꝓximi. ¶ Quintū ſignū ē clarifi-
catōis. Nā cū Judas exiſſet accepta buc-
cella. dixit yh̄s. nūc clarificat⁹ ē fili⁹ hoīs
qa Juda exeūte ad ducendū milites. nego
tiū paſſionis xp̄i p quaꝫ clarificādus erat
ichoabat'. ⁊ ſurgēs yh̄s ut oñdat ſe volū-
tarie pati. vadit ad orū. Videbat. n. apo-
ſtolos formidare. ⁊ ꝓpter tēp⁹ qa nox ꝓ-
funda erat. ⁊ ꝓpter locū in q̊ erant. ita vt
ſp circūuoluerēt oculos ad hoſtiū q̄i ex-
pectātes hoſtes ipos iuadētes. iō nō attē-
debāt his q̄ dicebāt'. Vt g̊ meli⁹ v̓ba que
dictur⁹ erat intelligerēt. ducit eos ī aliuꝫ
locū ſecretū. vbi extimātes ſe forē ſecuros
attenti⁹ audiāt q̄ diceret. Oſee 2° ca. Du
cā eā in ſolitudineꝫ ⁊ loquor ad cor eius.
iō dicit. Vt cognoſcat mūd⁹. qa diligo pa
trē ſicut mandatū dedit mihi pr̄. ſ. morīē
di ꝓ ſalute hoīs. ſic facio. ſ. morior. Sur-
gite hinc. ⁊ eamus ad locū vbi tradendus
ſū. vt cognoſcatis. qa nō ex necītate. ſ ex
obīa ⁊ caritate morior. Job. 39° ca°. Auda
cter in occurſuꝫ pgit armatis. Statim au
tē ponit' ſignū diuinitatis in eo q xp̄s ꝑ-
dicit ſcandalū ap̄loꝝ dic. Oēs vos ſcāda
lū patiemini ī me ī iſta nocte. ſcriptū ē
n. Zach. 13° ca. Framea ſuſcitar̄ ſup paſto
rē meuꝫ. ⁊ ſup viꝝ coherētē mihi. dīt dn̄s
exercituū. pcute paſtorē ⁊ diſpgent' oues
h̄ ibi. Predicit penā Jude futurā. Filius ī
quit hoīs vadit ſicut ſcriptū eſt de eo. Ve
aūt hoī illi p quē tradetur. Meli⁹ erat ei
ſi natus nō fuiſſet hō ille. Sicut. n. ſcriptū
ē in. p̄s. Conſtitue ſup eū peccatorē ⁊ dy
abolus ſtet a dextris ei⁹ ⁊c. vſq;. ſicut zo-
na q̄ ſp ꝑcingit'. vbi ponūt'. 30. maledictio
nes ꝯ̄ Judā. Predicit negatōeꝫ fiendam p
Petrū dicens. Amen dico tibi. nō cātabit
gallus donec ter me neges. Sicut accidit.
¶ Sextū ſignū eſt firmationis. Nam xp̄s
triplicē fecit orōeꝫ ad patrē. ſcd̄m quam

oñdit verā hūanitatē. ꝑ. n. orauit ꝓ ſe di-
cens. trāſeat a me calix iſte. iq̄tū rō oran
do ꝓpoſuit deo qd̓ erat in appetitu ſenſi-
tiuo. ⁊ ſic xp̄s orauit ſcd̄m ſenſualitatē in
q̄tū. ſ. rō ei⁹ exp̊mebat ſenſualitatis affe
ctū. tanq̄ ſenſualitatis aduocata. vt oſtē
deret ſe verā hūanitatē aſſūpſiſſe. cū oīb⁹
naturalib⁹ affectib⁹. ſ. vt timor bibēdi ca
licis nō eū pturbaret. ⁊ q mors eū nō de-
tineret. 2° orauit ꝓ ap̄lis eundē ſermōeꝫ
dicens. Tranſeat a me calix iſte. i. pro his
oro q paſſuri ſunt ꝓ me. vt q̊ mō a me bi-
bit' calix paſſionis. ita ab his bibatur ſine
ſpei diffidētia. ſine ſenſu doloris. ſine me
tu mortis. vt Hilarius ſup Math. dicit. 3°
orauit ꝓ oīb⁹ fidelib⁹ q credituri erāt in
ipm̄. eundē ſermonē dicēs. Tranſfer cali-
cē hunc a me. i. effectus paſſiōis mee tran
ſeat ad eos q ſūt ꝑdeſtinati ut p me vitā
ꝯſequant' eternā. Fuit aūt ꝑfigurata xp̄i
orō. ꝑ ī orōne David. q ſentiēs pſecutio
nes Saulis. cadēs ꝓn⁹ ī terrā adorauit. ſ
ut habet' ꝑ Reg. 2° ca°. 2° in orōne Dani
elis. qui trib⁹ tpib⁹ in die flectebat genua
ſua. ⁊ adorabat. confitebatq; corā deo ſuo
Danielis 6° ca°. Statim aūt ponit' ſignuꝫ
dīnitatis ī eo q xp̄s dic. Verūtn̄ nō mea
volūtas ſ tua fiat. Nā ex quadā diſpēſa-
tione fili⁹ dei añ ſuā paſſionē pmittebat
carni agere ⁊ pati q̄ ſūt ei ꝓpa. ⁊ ſilr̄ per-
mittebat oīb⁹ virib⁹ aīe agere q̄ ſibi erāt
ꝓpria. Manifeſtū eſt aūt q voluntas ſen-
ſualitatis refugit naturalr̄ dolores ſenſi-
biles. ⁊ corpis leſionē. Et ſilr̄ etiā volun-
tas ut natura repudiat ea q̄ nature ſūt ꝯ
traria. ⁊ ea q̄ ſunt mala ſcd̄m ſe. put mō
tē. ⁊ alia hui⁹ nociua. ſ. cſtionē. decapita-
tionē. ſuſpēſionē ⁊c. Volūtas aūt dei eēt
ut xp̄s dolores. paſſiōes. ⁊ mortē pateret'.
nō q iſta eſſent a deo volita ſcd̄m ſe. ſ ex
ordine ad finē hūane ſalutis. p̄s. Vt facēꝫ
volūtatē tuā de⁹ me⁹ volui. ⁊ le. tu. īm. c.
mei. Vn̄ xp̄s volebat ut volūtas pr̄is īple
retur. nō aūt ſcd̄m voluntatē ſenſualita-
tis. cui⁹ motus nō ſe extendit vſq; ad vo-
luntatē dīnaꝫ. Cū. n. xp̄s ſic oraret appar
it ei angelus de celo. genuflexus coram eo
porrigens ei duas cetulas. In prima cetu
la quā gerebat manu ſiniſtra. erant ſcrip
ta oīa pctā hoīuꝫ. ⁊ pene p illis debite. ⁊ h̄
textus ſcribebat' ibi. Per vnū hoīeꝫ pecca
tū in hunc mundū intrauit. et p peccatuꝫ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mo2s.vni⁹.n.delicto multi moꝛtui ſūt.igitᷣ
p vni⁹ hoīs delictū.ī oēs hoīes in ꝯdemp
nā ionē.Ro.5° ca° ¶ In ſecūda cedula quā
gerebat manu dextra erat ſcriptū meri-
tū xp̄i.ſicut in capite toti⁹ eccleſie cui oīa
mēbꝛa vniunᷣ. cui⁹ meritū ſe extendit ad
oēs hoīes.p̄s.Nō eſt q̄ ſe abſcōdat a calo
re eius.Et hic textus ſcribebatᷣ ibi.Multo
magis grā dei ꝛ donū in grā hoīs vni⁹ yh̄u
xp̄i in plures habūdabit.Multo magis ha-
bundantia grē.ꝛ donat oīs iuſticie.accipiē
tes.in vita regnabunt p vnum yh̄z xp̄m.
Per vni⁹ iuſticiā ī oēs hoīes in iuſtificati
onē vite.Per vni⁹ hoīs inobediam.pctōꝛes
ꝯſtituti ſūt multi. ita p vni⁹ hoīs obdiam
iuſti ꝯſtituentᷣ multi.Xp̄s his plectis ait.
Nō ſicut ego volo.ſ ſicut tu ꝛc. ¶ Septi
mū ſignū eſt ſupatiōis. Nā delectatio cō
templationis diuine ita p diſpenſationē d-
tutis diuine tenebatᷣ in mente xp̄i q̄ nō de-
riuabatᷣ ad vires ſenſitiuas. vt p h̄ doloꝛ
ſenſibilis excluderetᷣ.Sicut aūt doloꝛ ſen-
ſibilis ē ī appetitu ſenſitiuo. ita triſtitia.
Sz diuña ē ſcd̄z motiuū.ſiue ſcd̄z obiectū.
Nā motiuū doloꝛis ē leſio ſenſu tactus p
cepta. ſicut cū aliqs vulneratᷣ. Motiuum
triſticie ē nocumētū ſiue malū īteri⁹ ap̄p
henſū.ſiue p rōez.ſiue p ymaginationem.
puta cū qs triſtatᷣ de amiſſione grē.vl̄ pe-
cunie. Aīa aūt xp̄i apphendit interi⁹ ali-
qd vt nocuū.puta paſſio.moꝛs. ꝛ hui⁹ q̄
tū ad ſe.q̄ ad alios do peccatū diſcipulo-
rū.pctm̄ iudeoꝝ occidentiū ip̄m.Vn̄ dici
tur Math.26°ca.Triſtis ē aīa mea vſz ad
moꝛtē.Et Amb° li° 3° de trini.dicit. Suſce
pit triſtitiā meā.vt homo triſtitiā hūit.
Cōfidenter triſtitiā nomino. q̄ crucē p̄di
co.Et Mar.14° ca.Cepit yh̄s pauere ꝛ te-
dere. Sicut.n.triſticia cauſatᷣ ex apphen
ſione mali p̄teriti.ita timoꝛ ex apphenſi
one mali futuri. Licet āt xp̄s potuerit vi
tare mala futura.ſcd̄m dtutē diuinitatis.
eratᷣ tñ nō de facili euitabilis.ſcd̄m infir-
mitatem carnis.Fuit aūt figurata iſta tri
ſtitia. p̄ in Jacob timente Eſau.Gen̄.32°
ca°. 2° in Helya timente Jezabel.3° Reg.
19° ca°. Statim aūt ponitᷣ ſignū diuinita-
tis.in eo q̄ factus in agonia pꝛolixius oꝛa
bat.ꝛ factus eſt ſudoꝛ eius ſicut gutte ſan
guinis decurrentis in terrā. Sup quo dic
glo. Per terrā ſanguine irrigatā declaratᷣ
q̄ affectū ſue p̄cis iā obtineret. vt fidē di

ſcipuloꝝ quā terrena adhuc fragilitas ar
guebat ſuo ſanguine purgaret. et q̄cquid
illi ſcandali de moꝛte ei⁹ ptuliſſent.hoc to
tū ip̄e moꝛiendo delere .ſ ꝛ totū mūdū
p̄ctis moꝛtuū ad vitā reſuſcitaret.hec ibi
Agonia.n.non fuit in xp̄o.q̄tū ad p̄tē aīe
rōnalez.ſ. ſcd̄m q̄ ipoꝛtat ꝯcertationē vo
luntatū ex diuerſitate rationū p̄cedentē:
puta cū aliqs ſcd̄m q̄ rō cōſiderat vnum
vult h̄.ꝛ ſcd̄m q̄ ꝯſiderat aliud vult con-
trariū.Hoc.n.ꝯtingit ppter debilitatē ra
tionis.q̄ nō p̄ōt iudicare qd ſit ſimplici-
ter meli⁹.Qd̄ ī xp̄o nō fuit.qa p rōez ſuā
iudicabat ſimplr̄ eſſe melius q̄ p ei⁹ paſſi
onē impleretᷣ volūtas diuina circa ſalutem
generis humani.Fuit tñ in xp̄o agonia q̄
tū ad p̄tē ſenſitiuā ſcd̄m q̄ ipoꝛtat timo-
rē infoꝛtuniꝗ iminētis. vt dic Damaſcen⁹
li° 2°. Vn̄ ex illa agonia ſudoꝛ fuit ex ve-
hemētia anxietatis. ſ gutte ſanguinis nō
nāliter ſ miraculoſe fluxerūt. ex virtute
diuinitatis ip̄i⁹.In cui⁹ figurā p̄ Jacob lu-
ctatᷣ cū angelo oꝛans. Gen̄.32.ca°.i.huma
nitas cū diuinitate.2° li teſti aſpgitᷣ ſan
guine.Exod.24° ca°. 3° amaſa iacet in ter
ra ꝯſpſus ſanguine.2° Reg.20.caplo.ꝛc.
¶ Octauū ſignū eſt obuiatiōis. Nam Ju
das poſtq̄ tractauerat p̄ditionē cū pnci-
pib⁹. q̄rebat oppoꝛtunitatē q̄uo ſine tur-
baꝝ tumultu traderet eū. ꝛ iō voluit eū ī
ſecreto inuenire.ꝛ ī nocte.qa ſp in die cir
ca turbaꝝ inſtructionē occupabatᷣ. Sz qa
in nocte poterat impediri.vel ppter ſubi
tū ꝯcurſū turbaꝝ. vl̄ ppter tenebꝛas q̄b⁹
poſſet vel eripi.vel euadē de manib⁹ eoꝝ
iō ꝯtra turbas muniuit ſe armis.cōtra te
nebꝛas muniuit ſe laternis ꝛ facib⁹.Sz qa
de turba aliq poterāt ſibi reſiſtere p pe-
tētiā ppl̄i. iō ꝯ hos accepit cohoꝛtē nō iu
deoꝝ ſ militū a p̄ſide. vt ſic ſeruato oꝛdi
ne legitime p̄tātis nullus ei audēt obſi-
ſtere. Inſup aliqui ex iudeis zelo legis du
cti p̄ſertim qa a gētilib⁹ capiebatᷣ. eis foꝛ-
taſſe reſiſtē voluiſſent. iō accepit etiam a
pontificib⁹ ꝛ phiſeis miniſtros.ꝛ vēit ad
yh̄m. Job.15° ca°. Tetendit aduerſus deū
manū ſuā. ꝛ contra oīpotentē roboꝛatus
eſt.Cucurrit aduerſus eum erecto collo ꝛ
pingui ceruice armat⁹ ē. Cōcepit doloꝛē
ꝛ pepit iniq̄tatē.ꝛ vter⁹ ei⁹ p̄parat dolos
ſibi.Statim aūt ponitᷣ ſignū diuinitatis
ī eo q̄ xp̄s excitauit diſcipulos ſuos dic.

Doꝛmite iā ꝛ requieſcite.Ecce appꝛopinqua-
uit hoꝛa. ꝛ fili⁹ hoīs tradetᷣ ī man⁹ pctōꝝ.
Surgite eamus.ecce .appꝛo q̄ inquit qui me
tradet.Et Joh.10° ca° dic.Pꝛopterea me di
ligit pater. qa ego pono aīā meā ut iterū
ſumā eā.Nemo tollit eam a me.ſ ego po
no eam a me ip̄o.P̄tātē habeo ponēdi eā
ꝛ p̄tātē habeo iterū ſumēdi eā.hec ibi.Cū
n.vnio aīe ꝛ coꝛpis ſit naturalis.ſeparatō
etiā eoꝝ ē nālis.Et lz cā hui⁹ ſepationis ꝛ
moꝛtis poſſit eē volūtaria. tñ moꝛs in ho
minib⁹ ſemp ē naturalis. In nullo aūt pu
ro hoīe natura ſubditᷣ voluntati. cū ſicut
volūtas ita ꝛ natura ſit a deo . et iō moꝛs
cuiuſlibet puri hoīs oꝫ q̄ ſit nālis. In xp̄o
aūt natura ſua ꝛ tota alia nā ſubditᷣ volū
tati ei⁹.ſicut artificiata volūtati artific.
ꝛ iō ſcd̄m voluntatis ſue p acitū. potuit
aīā ponere cū voluit.ꝛ iterū eā reſumere.
qd̄ nullus pur⁹ hō facere p̄ōt.h volūtarie
cām moꝛtis ſibi poſſit inferre. Inde eſt q̄
Centurio videns eū nō naturali nccitate
moꝛi.ſ ſua ſponte.dū clamās voce magna
emiſit ſpm̄.recognouit in eo diuinā virtu-
tē dicēs. Vere fili⁹ dei erat iſte. Yſa.49° c°
Equidē captiuitas a foꝛti tolletᷣ.ꝛ qd̄ ab-
latū fuēit a robuſto ſaluabitᷣ.Et ſciet oīs
caro. qa ego dn̄s ſaluans te ꝛ redemptoꝛ
tuus foꝛtis. h ibi. In cuius figuram Saul
cert⁹ moꝛti ſue occurrit philiſteis.p̄.Reg
31° ca° ¶ Nonū ſignū ē iuſtificatōis. Nā
eadē actio diuerſimode iudicatᷣ ī bono vl̄
in malo.ſcd̄m q̄ ex diuerſa radice p̄cedit
Pater.n.tradidit xp̄m paſſioni.ꝛ ip̄e xp̄s
ſe ip̄m ex caritate.ꝛ iō laudatᷣ. Judas aūt
tradidit xp̄m ex cupiditate. ꝛ iō vitupatᷣ
ſcd̄m illud Joh.6° ca.Vnus ex vobis dy-
abolus eſt.dicebat autē de Juda ſymonis
ſcariothis.Hic.n.erat eū traditurus.cum
eſſet vnus ex duodecim.Et Math.26° ca.
dr̄.Ecce vnus de duodecim venit.ꝛ cū eo
turba multa cū gladiis ꝛ fuſtibus. miſſi a
pncipib⁹ ſacerdotū ꝛ ſenioꝛibus ppl̄i.Qui
aūt tradidit eū dedit eis ſignū dicēs.Quē
cūq̄ oſculatus fuero ip̄e ē tenete eū. Et ꝯ
feſtim accedens ad yh̄m dixit.Aue rabi.ꝛ
oſculat⁹ eſt eū. Jō p̄ô.27° ca° dr̄.Melioꝛa
ſūt vulnera diligētis.i.patris.q̄ fraudu-
lenta oſcula odientis.i.Jude. In cuius fi-
gurā Abner ꝛ Joab oſculo occiſi ſūt. Sta
tim aūt ponitᷣ ſignū diuinitatis. ī eo q̄ xp̄s
nō repulit Judā a iuſtificatiōe ꝛ remiſſio

ne pcti.ſ patus erat ip̄m ad grāz recipeᷣ.
Yſa.43° ca°.Ego ſū q̄ deleo iniq̄tates tuas
ppter me.Vn̄ dicit.Amice ad qd veniſti?
Licet.n.offenſa tua ſit grauiſſima. tamen
maioꝛ eſt caritas mei patiētis. q̄ malicia
tua.me ad crucifigendū tradētis. iō plus
poſſū ſatiſfacere mea paſſione.q̄ tu.ꝛ cō-
plices tui iniurioſa offenſione. Vn̄ paſſio
mea eſt ſufficiēs ꝛ ſupabūdās ſatiſfactio p
pctīs me crucifigentiū.ſi tñ incoꝛpabuntᷣ
mihi tanq̄ mēbꝛa capiti p fidē infoꝛmatā
caritate. Jō dic.Amice.i. ꝯuertere ad me
ꝛ ne deſperes.q̄m̄ h paſſio ē op⁹ mīe.ꝛ ca-
ritatis.O benigna īuitatio.O ſuauis ꝯſo-
latio.O pfundi dilectio.O infelix deoſcu-
latio.Tu Juda ip̄m mgr̄m vocas.ꝛ ip̄e te
amicū.Si eſt tibi mgr̄.eſto ei⁹ diſcipulus
ꝛ ip̄e erit tibi amicus.Tu ip̄z ſalutando p-
dis.ꝛ ip̄e tibi obuiādo in grāz ſuſcipe pro
ponit.Sicut.n.ip̄i⁹ crucifixoꝛes hoīes fue
rūt.ita ꝛ xp̄s occiſus. Maioꝛ aūt eſt cari-
tas xp̄i patiētis q̄ iniq̄tas occiſoꝝ.ꝛ ideo
paſſio xp̄i magis valet ad reconciliandū
deū toti humano generi. q̄ ad puocādū
irā.Vn̄ dic tibi.Ad qd veniſti.Si ad recō
ciliationē.iā es amicus.Si ad infidelē p-
ditionē.ad qd veniſti! Nā vt dr̄ Oſee.13°
ca°.Perditio tua ex te iſrl̄. tantūmō ī me
auxiliū tuū. Tu.n.es velut triphon q̄ ve-
nit ad viros Juda ꝛ iſrl̄.vt loqueret eis ī
dolo.ꝛ capet eos.2° Mach.12° ca°. Voluit
n.xp̄s paſſionē ſuā.ſicut deus pater volu
it.iniquā tñ actionē Jude ꝛ iudeoꝝ nolu
it.ꝛ iō occiſoꝛes xp̄i ab iniuſticia n̄ excu-
ſantᷣ. Vnde ille q̄ occidit hoīez iniuriā fa-
cit nō ſolū hoī.ſ etiā deo ꝛ rei publice.ſi-
cut ille q̄ occidit ſeip̄m.vt dr̄ 5° ethicoꝝ.
Vn̄ Dauid dāpnauit illū ad moꝛtē q̄ non
timuerat mittere manū. ut occideret xp̄z
dn̄i.q̄uis eo petente. vt habetᷣ 2° Reg p̄
ca° ꝛc. ¶ Decimū ſignū eſt pſtrationis.
Nā Judas venit cū hoſtib⁹ armatis.cum
gladiis ꝛ fuſtib⁹.yh̄s aūt ſine armis. ſine
hūano ſubſidio.in occurſū ei⁹ venit. Illi
tanq̄ gigantes feroces ꝯtra eū venerant
ad ligandū.trahendū.crucifigendū.quaſi
ſua p̄tāte vti poſſent q̄i de malefactoꝛe.et
inimico rei publice.q̄uēadmodū in ꝯſilio
eoꝝ diffinitū fuerat. expedit vt vnus hō
moꝛiatᷣ p ppl̄o.ꝛ nō tota gens pereat.Eſti
mabāt etiā ip̄z fugiſſe extra ciuitatē. Pꝛo
pterea magna multitudo armatoꝛū exiit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad ipm capiendū. Statim autē ponitur ſi
gnū diuinitatis. ī eo ꝙ cū q̄reret ab eis yhs
quē queritis nō ex ignorātia. ſ; ad cōuin-
cendā coꝝ malitiā. ⁊ illi rn̄diſſent. yhē na
zarenū. humili voce ⁊ benigno aīo dixit.
Ego ſū. Quo v̄bo audito. mox ceciderūt
retrorſū in terrā velut mortui. O demen
tes iudei. qd vobis ꝓdeſt tāta multitudo!
vno. n. v̄bo mitiſſimo tā viliter iacetis ꝓ-
ſtrati. Ubi ſūt vr̄a ꝯſilia. nōne videtis ꝓ-
ſtrata tot milia! Ubi ē armatura vr̄a ter-
ribilis. Nōne vno v̄bo ꝑterrita. redditur
vobis inutilis! Hec ꝓſtratio fuit figura-
ta. p̄ in Ioſue. q ad ſonū tubarū ꝓſtrauit
muros ciuitatis Jerico. Ioſue 6° ca°. 2° in
Sāpſon. q cū mādibula aſini occidit mil-
le viros. Judic. ⁋ ca° 3° in Sangar. qui cū
vomere occidit ſexcētos viros. Judic. 4°
ca°. 4° in Dauid q vno īpetu occidit oc-
tingentos viros. 2° Regl. 23° ca°. Et ne hec
ꝓſtratio armatoꝝ videret̄ caſu fcā. yhs
oñ̄ſa potentia ⁊ victoria ſue diuinitatis. ait
Si ḡ me q̄ritis ſurgite. Cūq; illi ſurrexiſ-
ſent. iterū placido ſermone dixit eis. quē
q̄ritis. at illi rn̄derūt. Jhm nazarenū. ⁊ ſic
2° ⁊ 3° ceciderūt retrorſum. audito h̄ noīe
ego ſū. qd̄ eſt nomē dei. Exod. 3° ca°. Ex q̊
videt̄ ꝙ non poſſent eū tenere nec cape. ſi
vellet reniti. Volens. n. patiebat̄. ⁊ nō niſi
data licētia capiebatur. ⁋ Undecimū ſi-
gnū eſt ſanatōis. Nā ſymon Petrꝰ habēt
gladiū eduxit eū. ⁊ ꝑcuſſit pontificis ſer-
uū. ⁊ abſcidit eiꝰ auriculā dexteram. Erat
aūt ſeruo noīe Malcus. Dixit ḡ yhs Pe-
tro q̄tuor verba ꝑtinētia ad humanitatē
eiꝰ. Primū fuit iſtud. Mitte gladiū tuum
ī vaginā. ſ. qa nūc nō eſt tēpꝰ defenſionis
ſ; future redemptōis. Secundū fuit iſtud.
Calicē quē dedit mihi pr̄. nō vis vt bibā
illū! ſ. qa ſic diffinitū eſt a patre meo cele
ſti. vt ꝑ paſſionē meā redimat̄ genus hūa
nū. ⁊ poteſtas dyaboli auferat̄. p̄s. Ib cō
fregit potentias. arcū. ſcutū. gladiū ⁋ bel
lū. Arcū principū. ſcutū iudeoꝝ. gladium
paganoꝝ. bellū demonioꝝ. Tertium fuit
iſtud. An putas qa nō poſſū rogare patrē
meū. ⁊ exhibebit mihi mō pluſq; 12. legi-
ones angeloꝝ! Quartū fuit illud. Q̄ño ḡ
implebunt̄ ſcripture! Quia ſic oꝫ fieri. Q̄
tū ad primū v̄bū dr̄ Job. 19° ca°. Fugite a
facie gladij. qm̄ vltor iniquitatum gladiꝰ
eſt. Figura habet̄ Numeri. 25° ca°. de phi-
nees q zelatus ꝓ deo ſuo. arrepto pugione
cōmotꝰ ē ꝯ zambri. ⁊ ꝑfodit eū qui ſcor-
tabat̄ cū madianitide. Sic Petrus ex zelo
dn̄i ſui. ꝑcuſſit Malcū ſeruum pontificis.
⁋ Secunda figura fuit de Helya. q occidit
ꝓphas Baal. 3° Regl. 18° ca°. Unde dixit. ze
lo zelatus ſū ꝓ dn̄o deo exercituū. qa dere
liquerūt pactū dn̄i dei iſrl̄. Ibidē. 19° ca°.
Q̄tū ad ſecundū v̄bū nō eſt reſiſtendum
his q̄ ex diuina ꝓuidentia diſponunt̄. Job.
9° ca. Quis reſtitit ei ⁊ pacē hūit! Et. p̄s.
Calicē ſalutaris accipiā. ⁊ nomē dn̄i inuo
cabo. Q̄tū ad tertiū verbū habet̄ figura
Yſa. 37° ca°. ꝙ vnicꝰ angelus ꝑcuſſit. 85 mi
lia aſſyrioꝝ. Quot ḡ milia ꝑcuterēt 12. le-
giones angeloꝝ! Nā vna legio eſt ſex mi
lia. ſexcenti. ſexaginta ſex. Secunda figu
ra fuit de angelo. q ꝑcuſſit. 70. milia viro
rū de iſrl̄. tpe Dauid. 2° Regl. vlt. ca. Q̄tū
ad q̄rtū v̄bū dr̄ Oſee. 12° ca. Et locutꝰ ſū
ꝑ ꝓphas. ⁊ ego viſionē multiplicaui eis. ⁊
in manu ꝓphaꝝ aſſilatus ſū. Statim autē
ponit̄ ſignū diuinitatis. Luc. 22° ca°. Rn̄dēſ
aūt yhs ait. Sinite vſq; huc. Et cū tetigiſ
ſet auriculā eiꝰ ſanauit eū. Un̄ 1. q. 1. cap°.
qd̄ de xp̄o dr̄ ſic. Venditus reſtituit xp̄us
auriculā Malco. ⁊ fecit miracula. qa eis q
neſcientes aderant. dona ſue gr̄e contulit.
ꝓ qbꝰ etiā in cruce ſupplicauit. Et. 24. q. 1.
c°. Si Petrus dr̄ ſic. Legit̄ paſſio dn̄i. ſi ad
diuinitatē eiꝰ referrimꝰ infirmitatē corpo-
ree paſſiōis. excidat̄ auricl̄a. Excidit̄ a Pe
tro. q nō eſt paſſus xp̄m ꝓphaꝫ eſtimari.
ſ; dei filiū docuit fideli ꝯfeſſione ſigri ꝯ.
⁋ Duodecimū ſignū eſt captōis. Nā cir-
ca xp̄m tria ꝑagunt̄. p̊. n. cōprehenditur.
qa cohors militū ⁊ tribunꝰ ipoꝝ. ⁊ miſtri
iudeoꝝ cōprehēderūt yhē. vt ad implerē
tur due ꝓphie. Prima eſt. p̄s. Deus dere-
ligt eū. ꝑſequimini ⁊ cōprehendite eū. qa
nō eſt q eripiat. Secunda ē trenoꝝ. 4° ca°.
Sp̄s oris nr̄i xp̄s dn̄s captꝰ ē ī pctīs nr̄is.
i. ꝓpter pctā nr̄a ut nos ab eis libaret. Fi-
gura p̊ Regl. 4° c°. Archa dn̄i capta ē a phi
liſteis. 2° xp̄s ligatur. qa ligauerunt eum
ut implerēt due ꝓphie. Prima eſt. p̄s. Di
rupiſti vīcula mea. tibi ſacrificabo hoſti
am laudis. Secūda ē ꝓv̊. 7° ca°. Sequitur eā
q̄i bos ductus ad victimā. ignorans ꝙ ad
vincula trahat̄. donec trāſfigat ſagitta ie
cur eiꝰ. Figura Sampſon volūtarie ligat̄
a philiſteis. Judic. 15° cap°. 3° ducitur yhs
ad domū Anne. p̊mū. Timētes. n. iudei ne
excitaret̄ tumultus pp̄li. ⁊ yhs de manibꝰ
eoꝝ eripet̄. declinauerunt ad domū Anne
que in via poſita ꝓpinquior erat. ⁊ ſic ab
ipo ꝯdēpnaret̄. O inſenſati iudei. Xp̄ꝫ ꝑ-
dere queritis. qui ad vos venit vt deduce
ret in viā ſalutis. Un̄ implet̄ ꝓphia ꝓv̊. p̊
ca. Pedes illoꝝ ad malū currūt. ⁊ feſtināt
vt effundant ſanguinē. Et. p̄s. Veloces pe
des eoꝝ ad effundendū ſanguinē. Statim
aūt ponit̄ ſignū diuinitatis. qa erat Annas
ſocer Cayphe q eāt pōtifex āni illiꝰ. Eāt
aūt Cayphas q cōſiliū dederat iudeis. qa
expedit vnū hoīē mori ꝓ pp̄lo. Un̄ pad-
uerſarioꝝ ꝓphias oñdit ꝙ xp̄s nō ex ifir
mitate. aut ex īpotentia ſua captus eſt et
mortuus. ſ; ꝓpter ſalutē pp̄li. ſ. vt nō tota
gēs ꝑeat. ſ; etiā ut filios dei diſpſos. ꝯgre-
garet in vnū. ſ. i vnā fidē. Qd̄ qdē facere
nō potuiſſet. niſi verus deꝰ ⁊ verus hō fu
iſſet. Et ſic īplete ſūt due ꝓphie. Prima ē
p̄s. In manus tuas cōmendo ſpiritū meū
redemiſti me dn̄e deꝰ veritatis. i. Tu dn̄e
deus veritatis. redemiſti me ī xp̄o clamā
te in cruce. in manus tuas cōmendo ſpm̄
meū. Secūda eſt Yſa. 59° ca. Ecce non eſt
abbreuiata manꝰ dn̄i. vt ſaluare nequeat
In his apparet diuinitas xp̄i. ⁋ Tredecimū
ſignū eſt negatōis. Cū. n. Petrus ſederet ī
atrio foris. acceſſit ad eū vna āncilla dicēſ.
Et tu cū yhu galileo eras. At ille negauit
corā oibꝰ dicēs. Neſcio quid dicis. O īfir
mitas Petri. O debilis occaſio negatiōis.
Nō armatus miles. nō admirandus pon-
tifex. nō mulier nobilis ⁊ libera. nō prin-
ceps iudicās. nō tortor verēdus. ſ; mulier
ancilla ⁊ hoſtiaria te interrogat. Quid ti
mes fateri te xp̄ianū! Nūquid ipa vocat
mgr̄m tuū rei publice ꝓditorē! Nōne vo
cat eū oīuꝫ ſaluatorē! qm̄ dic cū yhu. Cur
mentiris. illa verꝝ dicente! Illa cōfitetur
yhm. ⁊ tu ipm negas. dicis. n. neſcio an ſit
yhs. Fidē tuā humano timore abnegaſti.
Cur aggrauas pctm̄ tuū affirmans iura-
mento te nō nouiſſe yhm! Alia enim ancil
la te exeunte ianuā. loquit̄ nō tibi. ſ; mi-
niſtris dicens. Et hic erat cū yhu nazare-
no. Aduerte Petre. qm̄ iſte due ꝯfitentur
fidē quā tu negas. Prima cōfitet̄ opus re
demptōis hūane ꝑ mortem xp̄i. quia dic.
Cuꝫ yhu galileo. ꝓpter trāſmigratiōem a
vita in mortē. a terra in crucē. a cruce ī ſe
pulchrū. Secūda ꝯfitet̄ opꝰ reſurrectiōis
xp̄i. qa dicit. Cū yhu nazareno. i. florido.
p̄s. Refloruit caro mea. ſ. in reſurrectiōe.
O Petre nō petra firma ꝑ fidei ꝯfeſſiōeꝫ.
ſ; petra frigida ⁊ dura ꝑ mentis obdurati
onē. Cur teipm̄ deteſtaris. ⁊ anathemati-
zas. dicens te nō nouiſſe hoīeꝫ! Alij confi-
tent̄ xp̄i diuinitatē. ⁊ tu eiuſ negas humani
tatē. O Petre vide qa peior es dyabolo.
q ait. Jeſu fili Dauid. quid veniſti ante tē
pus ꝑdere nos! Mar. p̊ ca. Ceteri apl̄i fu-
giūt ab eo. ne ipm negēt. tu v̊o xp̄m ſeq̄-
ris vt eū neges. In cuius figurā chuſiata-
chites amicus Dauid negauit eū 2° Regl
16° ca. Et ſic implentur tres ꝓphie. Pri-
ma ꝓphia eſt Job. 19° ca. Fratres meos lō
ge fecit a me. ⁊ noti mei quaſi alieni receſ
ſerunt a me. Dereliquerunt me ꝓpinqui
mei. ⁊ qui me nouerant obliti ſūt mei. In
quilini domus mee ⁊ ancille mee. quaſi alie-
nū habuerūt me. ⁊ q̄i ꝑegrinꝰ fui in oculiſ
eoꝝ. h̄ ibi. Secūda eſt Dauid. i. p̄s. Lumē
oculoꝝ meoꝝ. i. apl̄i. ⁊ ipm nō eſt mecuꝫ.
Amici mei ⁊ ꝓximi mei aduerſū me appro
pinq̄uerūt ⁊ ſteterūt. Et q iuxta me erāt
de lōge ſteterūt. Et in alio. p̄s. Longe feci
ſti notos meos a me. poſuerūt me abhoīa
tionē ſibi. Tertia eſt Zach. 13° ca. Percu
te paſtorē. ⁊ diſꝑgent̄ oues. Verificantur
etiā due figure. Prima eſt de Sampſone
cuiꝰ caput radit̄ poſtq; ligatꝰ fuit. Judic.
16° ca. Secūda eſt de Sedechia rege. qui
poſtq; fuit ꝯp̄hēſus ⁊ ligatꝰ a caldeis. oēſ
q erant cū eo ſūt diſꝑſi. 4° Regl. 24° ca°.
Statim aūt ponit̄ ſignū diuinitatis. qa ꝯti
nuo gallus cantauit. Et ꝯuerſus dn̄s rēſpe
xit Petrū. ⁊ recordatus eſt Petrus verbi
yhu. qd̄ dixerat. priuſq; gallus cantet ter.
me negabis. Et egreſſus foras fleuit amar̄
Ubi deſignant̄ q̄tuor ꝑtinētia ad diuinitatē
xp̄i. p̊ ꝯuerſio dn̄i ad Petrū ꝑ miāꝫ. iō dr̄
ꝯuerſus dn̄s. Trenoꝝ vlt. ca. Cōuerte nos
dn̄e ad te ⁊ conuertemur. Et. p̄s. Deus tu
cōuerſus viuificabis nos. 2° viſio dn̄i ꝑ
benignitatē. iō dr̄ reſpexit Petrū. p̄s. Do
minus de celo ꝓſpexit ſup filios hoīuꝫ. vt
videat ſi eſt intelligēs. aut reqrēs deum.
3° īmiſſio ꝯtritōis. ꝑ iuſticiam. iō dr̄. ⁊ re
cordatus eſt Petrus. ſ. pctī ſui. de q̊ valde
doluit. p̄s. Scd̄ꝫ multitudinē doloꝝ meoꝝ
ī corde meo. cōſolōnes tue letificauerunt
aīaꝫ meā. 4° iuſtifica° ꝑ grāꝫ ſatiſfactiōis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

iō dr̄. fleuit amare. p̂s. Lauabo p ſinglas noctes lectū meū. lachrymis meis ſtratuȝ meū rigabo. Vn̄ gallus dīna virtute motus cātauit ut Petrū excitaret ad cognitionē pcī. Iob. 38° ca. Quis dedit gallo intelligentiā. ❡ Decimū q̄rtū ſignū eſt atteſtationis. Nā pncipes ſacerdotū cōgregati in domo Cayphe. ⁊ oē ꝯſiliū. q̄rebāt falſum teſtimoniū ꝯtra yh̄m. vt eū morti traderent. ⁊ non inuenerunt cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Vnde implete ſūt tres ꝓphie. Pzima eſt Iere. 9° ca. Docuerūt linguā ſuā loqui mēdaciuȝ. vt inique agerent laborauerūt. Secūda eſt Iob. 16° ca. Ruge mee teſtimoniū dicūt ꝯtra me ⁊ ſuſcitat̃ falſiloquus aduerſus facieȝ meaȝ cōtradicēs mihi. Tertia ē Dauid in. p̂s. Inſurrexerūt in me teſtes iniq. ⁊ mētita eſt iniqtas ſibi. Nā duo falſi teſtes venerūt ⁊ dixerūt. Hic dixit. Poſſuȝ deſtruere templū dei. ⁊ p9 triduū reedificare illud. Ideo Oſee 7° ca. dr̄. Ego redemi eos. ⁊ ip̄i locuti ſunt ꝯtra me mendacia. Nō. n. xp̄s dixit. poſſum deſtruere templum dei. ſed dixit ſoluite templū h̄. Figura d̄ falſis teſtib9 q̊s ꝓduxit Iezabel aduē̄ſus Naboth ut eum interficeret. 3° Regū. 21° ca. Propterea adducunt teſtimoniū de templo. qa ut hr̄ p̊ Eſdre 6° ca. Oīs hō q hanc mutauerit iuſſionē. ſ. ut deſtruat̃ templum dei tollat̃ lignū de domo eius ⁊ erigat̃ ⁊ cōfigat̃ ī eo. dom9 aūt ei9 publicet̃. Statimq; ponit̃ ſignū dīnitatis xp̄i. cū dicit. Solui te tēplū h̄. ⁊ ī trib9 dieb9 excitabo illud. Vbi ponūt̃ tria ſigna dīnitatis xp̄i. p̊ in mortificatōe. qa mors ei9 nō fuit nālis. ſ. p incineratōeȝ ⁊ putrefactōeȝ. ſicut ē aliorū hoiuȝ. p̂s. Nō dab̄ ſcm̄ tuū vidē corruptionē. licet aīa fuerit ſepata a corpe. ⁊ ſāguis ſepatus a corpe. Per eius. n. mortem ſolutus eſt hō a pcō. Yſa. 43° ca. Ego ſuȝ q deleo īiqtates tuas ꝓpter me. Etiā a pena pcī. Yſa. 53° ca°. Vere languores nr̄os ip̄e tulit ⁊ dolores nr̄os ipſe portauit. Figura h9 hr̄ Geñ. 3° ca. Collocauit dn̄s de9 cherubin ⁊ flāmeū gladiuȝ atq; verſatileȝ ad cuſtodiēdā viā ligni vite. qa p gladiū mortis xp̄i. morientis ꝓpter caritatē. cuſtodit̃ hoī via padiſi. Heb̄. 10° ca. Habem9 fiduciā in introitu ſanctoȝ. i. celi in ſanguine xp̄i. iō dicit xp̄s. Solui te. vt ſit verbū ⁊ pnomē. 2° ī cohitatōe. qa ī alijs ſcīs

deus cohītat. ſolū in aīa ſpūalr̄. i. Cor. 3° ca°. templū dei ſcm̄ qđ eſtis voe. ſ ī corp xp̄i dīnitas hītat etiā corpalr̄. Col. 2° ca°. In q̊ hītat oīs plenitudo dīnitatis etiam corpalr̄. In ſcīs hītat de9 ſoluȝ p gr̄aȝ. p̂s. Dn̄s in templo ſcō ſuo. In xp̄o aūt hitat ſcđm vnionē pſonalē. p̂s. In ſole. i. in diuinitate poſuit dn̄s tabernaculū ſuū. i. corpus ſuū. iō dicit templuȝ h̄. qa dicebat de templo corpis ſui. Ioh̄. 2° ca. 3° in reſurrectiōe. qa maxime ondit̃ v̊tus ſue diuinitatis in reſurrectione. Non. n. puri hoīs eſt vt ſe a mortuis excitet. ſ ſoli9 xp̄i. p̂s. Factus ſū ſicut hō ſine adiutorio inter mortuos liber. Nihil. n. mirabili9 fieri potuit q̄ꝫ ꝙ de9 fact9 ē hō. ⁊ ꝙ hūanitas ī xp̄o p9 ei9 reſurrectōeȝ. īmortalitatī dīne pticeps effecta eſt. Ro. 6° ca. xp̄s reſurgēs ex mortuis ꝛc. iō dic. ⁊ in trib9 dieb9 excitabo illud. Hoc. n. fuit maximū ſignū diuinitatiſ in xp̄o. ſ. reſurrectio ei9 īmortal. ❡ Quindecimū ſignū eſt adiuratōis. Cū. n. yh̄s taceret an̄ Cayphā. p̂s. Factus ſū ſicut hō n̄ aud ens ⁊ nō habens in ore ſuo redargutiones. Et Yſa. 53° ca. Sicut ouis ad occiſionē ducet̃. ⁊ q̄i agnus corā tondente ſe obmuteſcet. ⁊ nō apiet os ſuū. Sciebat enim xp̄s ꝙ qcqd rn̄diſſet in calūpniā v̊tiſſent. Et pnceps ſacerdotuȝ. ait illi. Adiuro te p deū viuū. vt dicas nobis ſi tu es xp̄s fili9 dei viui. O impījſſime ſacerdotū. qd adiuras. q nō vis attendere veritatē. ſ calumpnie malignitatē. O ſcelſatiſſime Caypha quid adiuras! aut vt accuſes. aut vt credas. Si ut accuſes. alīj arguent te cōdempnare tacentē. Si ut credas. q̄re cōfitenti ⁊ publice p̄dicāti credere noluiſti. Statiȝ aūt ponit ſignū dīnitatis xp̄i. ī duplici v̊bo eius. p̊ cū dicit. Tu dixiſti. O Caypha quid me adiuras. q in ſcripturis ꝓphaꝝ legiſti me veꝝ filiū dei! p̂s. Dn̄s dixit ad me. filius me9 es tu. ego hodie genui te. et Yſa. 7° ca. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū. ⁊ vocabit̃ nomē eius Emanuel. Quid me adiuras. q contra ꝯſciaȝ tuā loqueriſ! In eo. n. ꝙ cogitationes cordis tui cognoſco. potes ſcire me eſſe deū. p̊ Regū. 16° ca°. Deus autē intuet̃ cor. Et. p̂s. Scrutās corda ⁊ renes deus. iō dicit. Tu dixiſti. 2° cuȝ dicit. Amodo videbitis filiū hoīs ſedentē a dextris virtutis dei. ⁊ venientem in nubibus celi. O Caypha. licet me nunc tam

ignominoſe tractetis. tn̄ cog̊ſcetis me verū filiū dei. p glorioſaȝ aſcēſiōeȝ meā ī celū. p̂s. Dixit dn̄s dn̄o meo. ſede a dextris meis. ⁊ p aduentū mei ad iudiciū. Daniel 7° ca. Aſpiciebā in viſu noctis. ⁊ ecce ī nubib9 celi fili9 hoīs veniebat. Et Zach. 12° ca°. Aſpiciēt ad me quē ꝯfixerūt. ⁊ Yſa. 2° ca. Stat ad iudicandū dn̄s. ⁊ ſtat ad iudicando ꝓplos. dn̄s ad iudiciū veniet cuȝ ſenatorib9 ꝓph̄ ſui. ❡ Decimū ſextū ſignuȝ eſt illuſionis. Caypha ſ. n. audito rn̄ſo xp̄i ſcidit veſtimēta ſua. q̄i iniuriā dei nō ſuſtinens. ⁊ ait alta voce. Blaſſemauit. O indurate Caypha. ut qd ſcindis veſtimenta tua! ſcinde colligationes īpietatis cordis tui. Audi ꝓpham Ioel 2° ca. te increpantē. Scindite corda vr̄a ⁊ nō veſtimēta veſtra. ⁊ ꝯuertimini ad dn̄m deū vr̄m. Cecitas cordis tui p maliciaȝ ꝓhibet te audire teſtimoniū. iō clamas. Quid egem9 teſtibus. Ecce nunc audiſtis blaſſemiā. Quid vobis videt̃! O inſenſati iudei. cum legis p̄cepta vos obſeruare arbitramī. ꝯtra legis p̄cepta iudicatis. Dn̄s dic in Daniele 13° ca. Innocentē ⁊ iuſtū nō ꝯdempnabis. Vos autē clamatis. Reus ē mortis. Et qđ grauius ē expuiſtis ī faciē ei9. Statiȝ aūt ponit̃ ſignū dīnitatis xp̄i. cuȝ nihil rn̄det ad ea q̄ iſti aduerſus ip̄m gerūt. Vt īpleant̃ q̄tuor ꝓphie. ❡ Prima ē Dauid ī. p̂s. Poſuerūt me abhoīatiōeȝ ſibi. ❡ Secūda ē Salonis. Sap̄. 2° ca. Excecauit eniȝ illos malicia eoȝ. ⁊ neſciert̄ ſacra dei. neq; mercedē ſperauerunt iuſticie. nec iudicauerūt honorē aīaꝝ ſcāꝝ. ❡ Tertia eſt Yſa. 50. ca°. Corp9 meū dedi pcutientib9. ⁊ genas meas vellentib9. Faciem meam nō auerti ab increpantib9 ⁊ ꝯſpuentibus in me. Quarta ē Iob. 30. ca. Nūc ī eoꝝ cāticū v̊ſus ſuȝ ⁊ fact9 ſū eis ꝓuerbiū. Abhoīant̃ me. ⁊ lōge fugiunt a me. ⁊ faciē meā conſpuer̄ nō verent̃. Verificat̃ etiā figura de Semey. q maledicebat Dauid. 2° Regū. 16° ca. O gratū bn̄ficium xp̄s ꝯſpuit̃. ⁊ nos mūdamur quia dilexit nos ⁊ lauit nos a pcīs nr̄is ī ſanguine ſuo. Apoc. p̊ ca. Sāguis Ade maculatus peccato nos polluit. ſanguis xp̄i purus ⁊ innoxius ab īmundicia nos purgauit. Sputa iudeoꝝ ſūt īmundicie ⁊ peccata eoꝝ. ſanguis xp̄i ē lauacꝝ oīuȝ peccatoꝝ. ❡ Decimū ſeptimū ſignū ē velatōis Nā poſtq; ſpuerūt in faciē xp̄i. iudei velauerūt faciē ei9. O indurati iudei. facieȝ plenā gr̄aꝝ velatis. de q̄ Heſt v̊lti. ca°. dr̄. Vidi te dn̄e q̄i angelū dei. ⁊ ꝯturbatū eſt cor meū pre timore glorie tue. Valde eniȝ mirabilis es dn̄e. ⁊ facies tua plena ē gratiaꝝ. h̄ ibi. Sic. n. īplent̃ tres ꝓphie. Prima ē Ezech. 12° ca. Faciē tuā velabis. ⁊ nō videbis terrā. qa portentū dedi te domui iſrl̄. Dux ī medio eoꝝ. ī caligine egrediet̃. ⁊ facies eius opiet̃. vt nō videat oclo terrā. ⁊ oēs q circa eū ſūt ī p̄ſidiū ei9 diſpergam. ❡ Secunda ē Dauid ī. p̂s. Et in velamento alaꝝ tuaꝝ exultabo. ❡ Tertia ē Salomonis. Sap̄. 10° ca. Fuit illis in velamento diei. Hec quidē velatio fuit tripliciter figurata. ❡ Prima figura ē Exod. 24° ca° Moyſes poſuit velamē ſup faciē ſuā. cuȝ nō poſſent filij iſrl̄ itēdē ī faciē ei9. Vn̄. 2 Cor. 3°. ca°. dr̄. Moyſes ponebat velamen ſup faciē ſuā. cū nō intenderent filij iſrl̄ ī faciē ei9 ꝓpter gloriā vultus ei9. Secunda figura eſt Nūeri. 4° ca° de archa teſtī. vbi dr̄. Archā teſtī dei inuoluēt velamīe. ❡ Tertia figura eſt de muliere q̄ expandit velamē ſup os putei. 2° Regū. 17° ca. Statī aūt ponit̃ ſignū dīnitatis xp̄i. Cū. n. interrogaret̃ a Caypha. Tu es xp̄s fili9 dei bn̄dicti! Ih̄s dixit illi. Ego ſuȝ quod ē ꝓpriū nomen dei. vt hr̄ Exod. 3° ca. Velat̃ autē facies xp̄i ꝓpter q̄tuor. p̊ qa paſſio xp̄i erat ig̊ta iudeis q̄ꝫtū ad miſteriū redemptiōis. Luc. 9° ca. Dixit yh̄s ad diſcipulos ſuos. Ponite ī cordib9 vr̄is ſermōes iſtos Fili9. n. hoīs futuꝝ ē ut tradat̃ ī man9 hominū. At illi ignorabāt v̂buȝ iſtud. ⁊ erat uelatū āte eos ut nō ſentirēt iſtud ⁊ timebant interrogare eū de h̄ v̂bo. hec ibi. ❡ 2° qa paſſio xp̄i auferebat velamen culpe ab hūano genere. In eo. n. ꝙ Adam peccauit coopuit ⁊ velauit turpitudinē ſuaȝ folijs ficulnee. ſi g̊ hoc velamen pcī debebat auferri. optebat ut xp̄s velaret̃. 2° Cor. 3° c°. Cū legit̃ Moyſes velamē ē poſituȝ ſuper cor ip̄oꝝ. cū aūt cōuerſus fuerit ad dn̄m. auferet̃ velamē qm̄ dei ſpūs ē. h̄ ibi. 3° qa paſſio xp̄i nouā vitā nobis inchoabat. iō ꝯgruebat vt veteris hoīs vita velaretur. Heb̄. 10° ca. Habētes itaq; fr̄es fiduciā ī introitu ſcōꝝ in ſanguine xp̄i. qui iniciauit nob̄ vitā bonā ⁊ viuentē. p velamē. i. carnem ſuaȝ. ⁊ ſacerdotē magnū ſup domum dei. accedam9 cū vero corde in pleītudine



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fidei aſpſi corda a ↄſciā mala ⁊ abluti cō
pus aqua mūda. Ħ ibi. 4° qa velauerūt iu
dei faciē xp̄i. nō ut eoꝝ ſcelera nō viderẽt
ſ ut a ſe ſicut quondā Moyſi fecerāt gra
tiā cognitionis eius abſcōdāt. Si. n. crede
rent Moyſi. crederēt ⁊ dn̄o. Hoc velamen
vſq; hodie manet ſup corda eoꝝ. ſ creden
tibus eſt ablatū. cū illo moriente velū tē
pli ſciſſum eſt. O ſceleratiſſimi iudei ſcin-
ditis veſtimenta vr̄a. ⁊ nō aufertis vela-
men malicie a cordib⁹ vr̄is. i. Petri 2° ca.
Quaſi liberi ⁊ nō q̄i velamē habētes ma
licie libertatē. ſ ſicut ſerui dei ⁊c. ¶ Deci
mū octauū ſignū eſt collaphizatiōis. Naȝ
collaphis eū ceciderūt. Alij aūt palmas ī
faciē eius dederunt. Et ſic implent̄ q̄tuor
ꝓphie. Prima eſt Yſa. 50. ca. Corp⁹ meū
dedi ꝑcutientib⁹. ⁊ genas meas vellētib⁹.
¶ Secunda eſt Jeremie. Trenoꝝ 3° ca. Da-
bit ꝑcutienti ſe maxillā ſaturabit̄ obpro-
brijs. Tertia eſt Job. 16° ca. Exprobrātes
ꝑcuſſerunt maxillā meā. ſaciati ſunt ꝑeīs
meis. Cōcludit me deus apud iniquum et
manib⁹ impioꝝ me tradidit. Quarta eſt
Michee 5° ca°. In virga ꝑcutient maxillā
iudicis iſrl̄. In h⁹ figura Micheas dn̄ſus ꝑ
cutit̄ in maxillā. 3° Reg. 22° ca. Similiter
cū Helyas deſcenderet de Bethel pueri oc
currerūt q̄ illudebāt ei. quos maledixit. ⁊
duo vrſi occiderunt eos. 4° Reg. p̊ ca. O ꝑ
uerſi iudei nūquid audiſtis Salōnē dicen
tē ꝓv̊. 17° ca. Nō eſt bonuȝ dāpnū inferre
iuſto. nec ꝑcuttere p̈ncipē q̄ recta iudicat
Statiq; ponit̄ ſignū diuinitatis xp̄i. in eo ꝙ
dicūt. ꝓphiza nobis xp̄e. qs ē q̄ te ꝑcuſſit
Ubi ponūt duo ſigna diuinitatis ei⁹. p̊ cum
dicūt ꝓphiza. Si. n. ꝓphizauerit ⁊ euenērit
nūq̄d ipm veꝝ ꝓpham ꝓbabitis! Audite
q̄d Moyſes de ipo dicat Deut°. 18° ca. Pro
phetā ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuoꝝ
ſimilē tui. ⁊ ponā v̊ba mea in ore ei⁹. loq̄t̄
q; ad eos oīa q̄ p̄cepero illi. Qui autē uer
ba eius que loquet̄ in noīe meo audire no
luerit. ego vltor exiſtā. Ħ ibi. Sȝ ipſe dixit
Luc. 19° ca. Jrl̄m venient dies ī te. ⁊ circū
dabūt te inimici tui vallo. ⁊ circūdabunt
te. ⁊ coanguſtabunt te vndiq;. ⁊ ad terraȝ
ꝓſternent te. ⁊ filios tuos q̄ ī te ſūt. ⁊ non
relinquēt in te lapidē ſup lapidē. eo ꝙ nō
cognoueris tempus viſitationis tue. Hoc
aūt fuit impletū t̄pe Titi ⁊ Veſpaſiani ī-
peratorū. q̄ velut duo vrſi ciuitateȝ Jrl̄m

ſubuerterunt. Sic. n. īplete ſūt due ꝓphie
Prima eſt Yſa. p̊ ca. Cognouit bos poſ-
ſeſſorē ſuū. ⁊ aſin⁹ p̄ſepe dn̄i ſui. iſrl̄ autē
me nō cognouit. ⁊ pp̄ls me⁹ nō intellexit.
Terra vr̄a deſerta ⁊c. ¶ Secūda ē Jere. 8°
ca°. Miluus ī celo cognouit tēp⁹ ſuū. turt̄
⁊ hyrūdo ⁊ ciconia cuſtodierūt temp⁹ ad
uentus ſui. pp̄ls aūt meus nō cognouit iu-
diciū dn̄i. Cōfuſi ſunt qa abhoīationeȝ fe
cerūt. Venerūt pugnatores ⁊ deuorauerūt
terrā. vrbē. ⁊ hitatores ei⁹. Ħ ibi. 2° cū di
cunt Xp̄e. O indurati iudei. ſi ip̄e eſt xp̄s
i. meſſias vr̄. cur ip̄m nō recipitis! de quo
p̊s. dic. Unxit te de⁹ deus tu⁹. Sȝ ip̄e vobiſ
dixit Joh. 5° ca. Ego veni ī noīe p̄ris mei
⁊ nō accepiſtis me. ¶ Decimū nonum ſi-
gnū eſt flagellatōis. Cuȝ. n. illuſiſſent xp̄o
iudei. ⁊ collaphis eū cecidiſſent. dduxerūt
eū in templū in quo multa miracula fece
rat. ⁊ doctrinā bonā p̄dicauerat. ⁊ ibi diu
tius eū flagellauerūt. nudū ad colūpnam
tēpli ligauerūt. vbi alij euellebāt capillos
de capite ei⁹. alij pilos a barba. alij fuſti-
b⁹ eū cedebāt. alij ſcuticis ꝑlūbat̄ dorſuȝ
ei⁹ plectebāt. Et ſic īplete ſūt due ꝓphie.
¶ Prima eſt Job. 16° ca°. Collegit furoreȝ
ſuū ī me. ⁊ cōminās mihi īfremuit contra
me dentib⁹ ſuis. Hoſtis me⁹ terribilibus
oculis me intuit⁹ ē. Cōcluſit me de⁹ apud
iniquū. ⁊ manib⁹ īpioꝝ me tradidit. Cir-
cūdedit me lanceis ſuis. cōuulnerauit lū-
bos meos. ↄcidit me vulnere ſup vulnus.
Irruit in me q̄ſi gigas. Ħ ibi. ¶ Secunda eſt
Dauid ī. p̊s. Cōgregata ſūt ſup me flagel
la. ⁊ ignoraui. Qm̄ ego ī flagella paratus ſū.
⁊ dolor me⁹ in ↄſpcū meo ſp. Cōplete ſūt
etiā due figure. Prima eſt de duab⁹ vxo
rib⁹ Lamech. que ip̄m afflixerunt. ⁊ mira
biliter deriſerunt vſq; ad morteȝ. vt dicit
mgr̄ hiſtoriaꝝ. ſup Gen̄. ca° 4° ¶ Secunda
ē de Helyodoro. q̄ ingreſſus templuȝ dei ī
Jrl̄m. fuit flagellat⁹ ſine īntermiſſiōe. ⁊ vul
neratus. vt hr̄ 2° Mach. 3° ca. Statimq; ap
paret ſignū diuinitatis. in eo ꝙ templū fu-
it illuīatū tanq; luīe diei. Nā xp̄s in tem-
plo multa docuerat. p̊s. Annunciaui iuſti
ciā tuā in eccleſia magna. Et Yſa. 45° ca°.
Nō in abſcondito locutus ſū in loco terr̄
tenebroſo. Ego dn̄s loquēs iuſticiā. annū
cians recta. In ſignū ꝙ doctrina xp̄i totū
